dicunt in eum, nec voluerunt ei maledicere: convene-
runtque de tributo ei persolvendo. Refert autem Ab-
bas Mahumetum dixisse: لو خرج الذين يباهلون لرجعوا لا يجدون
Si egressi fuissent, et maledixissent mihi: certe re-
diissent, et non invenissent neque opes, neque familiam.

Aly

Alij ferunt eum dixisse لو خرقوا لاخترقوا si lacerauissent, ce-
tè lacerati fuissent. Vide Vitam Mahumet. cap. 21. pag 285. et Prodromi
partem 2ª. cap 6. pag. ~~45~~ 42.

Refutationes

1. Jam superius indicaui, quàm turpiter sallucinatus sit Mahumetus, existimando Beatissimam Mariam Deiparam eamdem fuisse cum Maria filia Amran, et sorore Moysi et Aaron. Quidam Mahumetani, teste Guadagnolo sup. laudato, in sua apologia sectione 3ª. cap. 8. volunt Mariam illam filiam Amran usque ad Dei tempora miraculosè à Deo uiuam conseruatam fuisse. Sed in libro Numer. cap. 20. clarè habemus, illam mortuam fuisse in Cades, et ibidem sepultam. Fortasse, ut Mahumetanorum plerique tenent μετεμψύχωσιν, dicere poterunt animam unius Mariæ in alterius corpus emigrasse. Verùm Pythagorica deliramenta hæc sunt. Jamblicus ita Prophetam suum purgare nititur ab errore: ال عمران موسى و هرون ابنا عمران بن يصهر وقيل عيسى ومريم بنت عمران بن ماثان وبين العمرانين الف و ثماني مائة سنة: وال عمران ذرية بعضها من بعض يعني ان الاولين ذرية واحدة متسلسلة متشعب بعضها من بعض موسى وهرون من عمران وعمران من يصهر ويصهر من قاهث وقاهث من لاوى ولاوى من يعقوب ويعقوب من اسحق وكذلك عيسى بن مريم بنت عمران بن ماثان بن سليمان بن داود بن اشي بن يهوذا بن يعقوب بن اسحق: وامراة عمران هي امراة عمران بن ماثان على اثر قوله وآل عمران ما يرجح ان عمران هو عمران بن ماثان جد عيسى: فان قلت كانت لعمران بن يصهر بنت اسمها مريم اصغر من موسى وهرون ولعمران بن ماثان مريم البتول فما ادراك ان عمران هذا هو ابو مريم البتول دون عمران ابي مريم التي هي اخت

موسى وهرون قلت كفى يكفاله زكريا دليلاً على انه عمران ابو البتول وان زكريا بن اذن و
عمران بن ماثان كانا فى عصرٍ واحدٍ فقد تزوج زكريا بنته ايشاع اخت مريم فكان يحيى
= Familia Amran intelligitur esse Moyses et Aaron filij
= Amran, qui fuit filius Jesaar. Alij dicunt familiam
= Amran intelligi Jesum et Mariam filiam Amran filij
= Matsad. Inted loz autem duoz Amranes fluxerunt an-
= ni mille octigenti. Familia autem Amran dicitur gene-
= ratio, in qua alij ex alijs orti sunt: quia due familie
= (nempe familia Amran filij Jesaar, et familia Amran
= filij Matan) fuit generatio una concatenata simul, in
= qua alij ex alijs diffusi sunt: uidelicet, Moyses et Aa-
= con ex Amran, et Amron ex Jesaar, et Jesaar ex Ca-
= hath, et Calath ex Leui, et Leui ex Jacob, et Jacob ex Isaac
= et similited Jesus et Maria filia Amran filij Salo-
= monis, filij Dauid, filij Isai, filij Iudæ, filij Jacob,
= filij Isaac. Uxor autem Amran, fuit uxor Amran
= filij Matan, iuxta dictum illius. Sed familia Amran
= non refertur ad Amran filium Matan auum Jesu. Quod
= si dicas: Amran filius Jesaad habuit filiam nomine
= Maria, quandiorem natu quàm Moysen et Aaron: Am-
= ram item filius Matah habuit Mariam Virginem: et
= quomodo cognoscere possumus hanc Amran fuisse patris
= Marie Virginis, et non potius Amran illum, qui fuit
= pater Marie sororis Moysi et Aaron? Respondeo: Sufficiens argumentum est tutela suscepta a Zacharia
= ad probandum hanc Amran fuisse patrem Marie Virginis

وعيسى ابن خالة روح الله كانت عاقرا لم تلد

116
6 1K

Mam

Nam Zaccharias filius Addan, et Amran filius Maran=
fuerunt eodem tempore, et Zaccharias accepit in uxorem=
filiam eius Aiam, (i. Elisabet) sororem Marie; itaut=
Joannes et Jesus essent filij matertere: et dicitur hec fuis=
se sterilis, itaut filios non haberet non pareret.

Verùm insulsa omnino et ridicula hec responsio est.
Primò enim gratis, et prorsus falsò fingitur patrem Ma=
rie Virginis Amran fuisse, cum in nullij historij loc
legatur; sed communis et constans omnium sententia fu=
erit, patrem Marie Virginis fuisse Joachim. Deinde pe=
titio principium. Hoc enim est quod nos inquirimus, an
nimirum Mahumetus facias patrem Marie Virginis
Amran, qui fuit pater Marie sororis Moysi et Aaron:
et pretered inferius uocet Mariam Virginem اخت
sororem Aaron, cum tamen nunquam fratrem suius no=
minis habuerit. At enim non potest Mahumetus de
prioui Amran loqui, cum ponat eum eodem tempore
cum Zacharia, qui multis seculis uixit post illum Am=
ran. Verùm in hoc nos dicimus Mahumetum turpissi=
mè hallucinatum fuisse, quod ita temporum, rerumq;
ordinem confuderit, id quod si semel tantum fecisset, pos=
set fortasse aliquantisper excusari: sed in suis modi
actionibus nimis sepe peccat, et dum Mahume=
tani cum ueris imitantur. Huc accedit ineptè an=
tis Jamblicum distinguere sic duos Amranes: nul=
lum enim assensu potest suius distinctionis fun=

mentum. In eo etiam peccat Iancsarenius cum ceteris expositoribus, quod uelint Annam et Asiam, siue Elisabetham, fuisse sorores: et Amram patrem Moysi fuisse filium Iesaad, seu Isaar: cum Amram et Isaad fuerint fratres germani, et ambo filij Caath, ut patet ex libro Exodi cap. 6. et alibi

Si autem quæret Lector, cur Mahumetani, uxorem Amram uocent Annam, non autem Iôsabed, quæ fuit uxor Amram patris Moysis: responderi potest, illos cum legerent in Alcorano nomen uxoris Amram, quam facit matrem Mariæ Virginis, secutos fuisse in hoc communem Christianorum sententiam et usum, præsertim cum licet ipsi cupidi essent, nunquam tamen sibi persuaderet, Propheram suum adeo stupidum, stolidumque fuisse, ut in errores tam manifestos prolaberetur.

2. Porrò ea quæ sic habentur de Zacharia, Ioanne, Maria, et Iesu, magna ex parte mendacij uel fabulæ conuincuntur ab Euangelio. Et licet ex Expositoribus Moslemi alijs fabulis et nugis in immensum augeant: semper tamen de Maria et Iesu honorificentissimè loquuntur: et ea ipsa quæ confingunt, nihil indigni aut improbari continere uidentur. Hauserunt ea fortasse ex apocryphis Hæreticorum libris, et præsertim ex quodam, in quo agitur de infantia Saluatoris; uel ex simplicibus Christianorum relatibus. Probabile etiam est Iudæos aliquos suggessisse: nam de creatione

ad

illo volucrum ex luto, et de sanatione morbosorum
& nomen Dei ineffabile: itemque de volatu aeris,
& de alijs quę Alcoranus et Mahumetani Christo
tribuunt; expressa in Talmude mentio Iabetud. Satis
sabuit diabolus, quando eos ad Christum spectantes abole-
re non potuit, fabulis eas, ac nugis permiscere
3. Mentitus Alcoranus, dum refert, Angelum de-
ipse Zacharię pro signo quod postulauerat, silenti-
um, seu priuationem loquelę & tres dies. Non
enim pro signo (quod nullum postulauerat) sed pro
incredulitate, damnatus fuit Zacharias ad silentium
non quidem trium dierum, sed nouem mensium
4. Non tamen mendacij notã meretur Alcoranus,
cum vocat Christum Spiritum, et Verbum Dei,
uel eo Deo, eique uim creandi tribuit: & hoc enim
uelit nolit, fatetur apertè Christi diuinitatem,
quam tamen in Alcorano non semel inficiatur. Ve-
rum cum propriũm sit Impostorum sibi contradice-
re, et uel inuitò ueritatem fateri, quam sponte ne-
gant et impugnant. Ex uerbis igitur Alcorani, ita con-
tra Mahumetanos libet argumentari. Verbum Dei
iuxta principia fidei ipsorum ab Angelo in sym-
bolo huę professionis allatũ, duplex est: alterum
ازلي قديم قائم بذاته eternum sine principio subsistens
in essentia eius: alterum مقروء بالسنة مكتوب في المصاحف
محفوظ في القلوب: quod legitur linguis, scribitur in libris,

Vide Pocock. part. 3. cap. 18. pag. 260.

+ بالالسنة cor.

et dictorium in corribus. Christus non fuit Verbum Dei
secundi generis, ut patet: ergo dicendum est fuisse primi,
et ita necessarium consequentiam fuisse Deum: Nam quid
fuit creatum, et inventum, et subsistit in essen-
tia Dei, non potest esse, nisi Deus.

Respondet Jelaleddinus كن شئ كلمة الله لانه خلق بكلمة
Nominatus est Verbum Dei, quia creatus est a Deo
per Verbum Esto. Dixit nimirum Deus illi: Esto, et fuit.
Sed si locutus esset, eodem modo qui u.g. aquam mun-
datum, vel ignem calefit, vel sanatum pharmacum,
dici posset aqua, ignis, vel pharmacum. Quoteven ex
ista ratione omnia dici poterunt Verbum Dei, nam
Deus dixit, et facta sunt: et ita asinus etiam erit Ver-
bum Dei, quia saltem in prima creatione, dixit ei
Deus: Esto, et fuit. Bedauius aliam affert ra-
tionem شئ بذلك عيسى لانه وجد بامر تعالى دون اب
tus fuit Jesus, quia extitit per imperium Dei sine pa-
tre. Atqui etiam primus asinus extitit ad impe-
rium Dei non solum sine patre, sed etiam sine
matre. In quodam Lexico ms. L. Arabico, cui titulus
est اجماع اللغة: affertur hec alia ratio شئ كلمة الله لانه
dictus fuit Verbum Dei, انتفع في الدين بكلامه كما قيل فلان سيف الله اسد الله
quia verbis suis profuit religioni: sicut alius dici-
tur gladius Dei, leo Dei. Sed prae quam quod hec
responsio est admodum violenta, plures alii verbo
solo profuerunt religioni, nec tamen ullus unquam
appella-

انتفع

appellatus est verbum Dei. Hec autem appellatio in Christo notat aliquid speciale ac singulare.

Ex nomine etiam روح الله Spiritus Dei, vel روح من الله Spiritus ex Deo (nam utroque modo vocant eum Mahumetani et Alcoranus), ostenditur apertissimè Christi divinitas. Nam cum spiritus Dei debent esse in Deo, et in Deo esse non possit accidens, sequitur spiritum istum esse substantiam, et consequenter Deum.

Hic etiam se torquent, et distorquent sapientes Moslemi. Jelal exponens ad verbum Sure 66. quæ inscribitur التحريم Prohibitio § 14. ومريم بنت عمران التي احصنت فرجها فنفخنا فيها من روحنا: Et Mariam filiam Amram, quæ custodivit *ususuam* suam, et projecimus insufflavimus in eam de spiritu nostro; Jel. Sabet: من روحنا جبرائيل حيث نفخ في جيب درعها بخلق الله فعله الواصل الى فرجها فحملت بعيسى: de spiritu nostro Gabriele, quando insufflavit in apertura tunicæ eius ad colum, efficiente Deo, ut flatus eius perveniret ad *ususuam* eius, et ex eo conciperet Jesum. + Exponens verba Sure 4. النساء de Mulieribus § 170: انما المسيح عيسى ابن مريم رسول الله وكلمته القيها الى مريم وروح منه فامنوا بالله ورسله: Certè Christus Jesus filius Mariæ est Legatus Dei et Verbum eius quod injecit in Mariam, et Spiritus ex eo: itaque credite in Deum et Legatos eius. ita scribit:

وروح منه اى ذو روح منه اضيف اليه تعالى تشريفا له وليس كما زعمتم ابن الله او الها معه وثالث ثلاثة لان

ذو الروح مركب والاله تنزه عن التركيب وعن نسبة المركب اليه:

* Maria, virgo

+ Ahmed ante filius Abdelhalimi

Et spiritus ex eo. i. habens spiritum ab eo: et referetur ad ipsum Deum, ad denotandam nobilitatem et excellentiam eius: non autem sicut nos (Christiani) putatis, est filius Dei, aut Deus simul cum eo, et tertius trium (i. unus ex tribus personis diuinis). (Nam habens spiritum, est quid compositum: absit autem ut sit in Deo ullo compositio, uel aliquid compositum de illo praedicetur. Zamchascerius autem ita hunc ipsum locum exponit وقيل لعيسى كلمة الله وكلمة منه لانه وجد بكلمته وامره لا غير و من غير واسطة اب ولا نفطة وقيل له روح الله وروح منه لذلك لانه ذو روح وجد من غير حرف من ذى روح كالنطفة المنفصلة من الاب Dictus fuit Jesus Verbum Dei, et Verbum ex Deo, quia extitit quidem eius, et imperium eius, non aliter; neque quidem aut ex semine. Dictus autem fuit spiritus Dei, et spiritus ex Deo, ideo quia ipse habens spiritum extitit sine literis ab habente spiritus, sicut semen quod abscinditur a patre uiuo: et quidem emanauit a Deo, et potentia eius absoluta.

Sed sic etiam petimus a Mahumetanis, quisnam sit iste spiritus Dei. Est ne flatus aereus, uel spirabilis aura? At qui Christus neque flatus est, neque aura, neque sic reperiuntur in Deo. Est ne aliquod accidens, uel substantia Deo superaddita? At ego a Deo Mahumetani ipsi rejiciunt. Respondet Gelaledinus, spiritum sanctum esse Gabrielem, quia suggerauit † matris eius B uirginem ad concipiendum, et strenue decicen-

descendens intrauit in uterum eius, et ex eo ipso concepit Iesum. Verùm preterquam quod huiusmodi status non conuenit naturæ Angelicæ; non fuisset status seu spiritus Dei, sed Gabrielis: imò neque Gabrielis, si aliunde illum collegisset, ut reuera colligere debuit, cum ex sua natura non haberet. Et quid quid sit, nullo modo uerificaretur uerbum Alcorani, quæ fingunt a Deo prolatum: Et insufflauimus in eum de Spiritu nostro: neque propterea foret Christus appellandus Spiritus Dei

116
101 K

Quod uerò aiunt Sala, et Zamchascerius, spiritum Dei significare, habentem Spiritum a Deo: ineptissimè dicitur. nam primò omnes homines habent spiritum a Deo, nempe animam, et respirationem: ego omnes dicendi essent spiritus Dei. Deinde si spiritus Dei idem est ac habens spiritum a Deo: eodem modo potentia Dei idem erit ac habens potentiam a Deo: et regnum Salomonis, idem erit ac habens regnum a Salomone, quod est ridiculum. Postremò, licet admitteremus expositionem Ahmedi et Zamchascerij; non propterea sequeretur Christum non esse Deum. nam ratio illa, nempe; habens spiritum, est quid compositum: sed Deus non admittit compositionem: ergo Christus non potest esse Deus: primò quidem in sententia Mahumetanorum sanè admittendum, qui censent inter eos Orthodoxi, non conuincit, cum ipsi admittant compositionem in Deo ex

Ahmedes

essentia, et attributis. Secundo Lee compositio non esset in Deo, sed in Christo, qui constat ex Humanitate et diuinitate: atque ideo non prohiberet quin Christus esset Deus, cum idem sit, habens spiritum a Deo, ac habens naturam diuinam a Deo: ita ut habens sit suppositum humanitatis, et diuinitatis, seu naturæ diuinæ et humanæ.

Verùm insurgit contra nos aduersarius, nempe Ahmedus, argumento non contemnendo, dicens: ولم يكن ادم بما نفخ الله فيه من روحه لاهوتا وناسوتا بل كلة ناسوت: فلذلك المسيح كله ناسوت

Non fuit Adam, ex eo quod Deus insufflauit in eo de spiritu suo, Deus et homo; sed totus homo: ita etiam Christus erit totus homo

Respondeo primò, non fieri comparationem adæquatam: nam non dicit Alcoranus, Deum inspirasse in Christum de spiritu suo uel spiritum suum: sed insufflasse uel iniecisse in Mariam de spiritu suo. Deinde non dixit Moyses, Deum inspirasse in Adam de spiritu suo, sed inspirasse in faciem eius spiraculum uitæ, et ideo Adam factum esse non quidem Deum, sed animam uiuentem. Certum est enim et indubitatum apud omnes pro spiraculo uitæ non esse intelligendam portionem ullam diuinitatis, seu spiritus Dei, sed animam rationalem. Longe alius est spiritus, quem inspirauit Deus in faciem & ille, ab eo, quem immisit in Mariam, qui non potest intelligi esse anima rationalis Christi: alioquin in omnes feminas insufflauit Deus de spiritu suo, quando concipiunt

postea

prolem, et omnes homines esse spiritus Dei

Jabias filius Salami ita exponit verbo Alcorani
وكلمته القاها الى مريم وروح منه اى انه كان من غير بشر: et Verbum
eius, quod immisit in Mariam, et spiritus ab eo: nimirum
quid fuit sine carne, i. sine actu carnali, seu opere
viri. Verùm non propterea desijt Christus esse vere homo,
constans carne humana. Propterea neque Adam formatus
fuit opere viri, neque Eua conditus et actum carnalem:
nec tamen fuerunt spiritus Dei.

Omitto sexcentas alias Mahumetanorum explicationes locorum Alcoranici, omnes leues, ineptas ac ridiculas: et unam tantum historiolam seu fabellam affero ex Rabbiensi, ex Arabico fideliter translatam. Audiui [inquit] Alhasemul Gennabiensem dicentem: Habebat Aaron Rasidus erat sic Saliph Mahumetanorum adolescentem Christianum, odoribus aromatum pessimum, et pulcherrimum cultu omnium creaturarum Dei, et eum perfectissimum disciplina, et proditum omnibus illis partibus, quibus sibi quilibet aditum facere possit ad leges. Summopere autem cupiebat Rasidus, vt adolescens fieret Mahumetanus, sed ipse hoc recusabat. Offerebat autem ei Rasidus omnia quæ desiderare posset, at ille omnia respuebat. Dixit autem illi die quadam: Quid te detinet ne fias Moslemus? At ille: Quia, inquit, in Alcorano vestro est argumentum contra illud ipsum quod docet, dum docet Spi-

tum Verbum Dei, quod immisit in Mariam et spiritus
ab eo. Non ne hec est fides Christiana quod scilicet
Jesus est pars ex Deo. Tunc uelementer doluit im-
perator: et uocauit sapientes et doctores; nec fuit in-
ter eos, qui posset difficultatem soluere, donec di-
cum fuit illi: Venerunt peregrini Cauasani, inter
quos est uir nomine Alys filius Hoseini filij Yake-
ai de familia Maria, Doctor in Alcorano. Vocauit
hunc Rascidus, et fecit ut colloqueretur cum adolescente.
Cumque interrogasset eum adolescens circa Soc, Alys tus
pendit responsum, et dixit: Iestor Deum, me non gu-
stauisse cibum, donec inueniam illustre responsum,
si uoluerit Deus: nam Deus excelsus non reliquit
Librum suum Alcoranum sine responsione ad hanc
difficultatem. His dictis ingressus est in domum obscu-
ram et tenebrosam, et clauso ostio, cepit legere
attente Alcoranum, donec peruenit ad Suram,
que inscribitur+ Penuflectens, in qua sunt ea uerba:
وسخر لكم ما في السموات وما في الارض جميعا منه؛
que sunt in Celis, et que sunt in terra, omnia ab ipso.
Tunc exclamauit quanta potuit uoce: Asperite eorum.
Legitque hec uerba adolescenti coram Rascido, et dixit:
Si ex eo quod Jesus est uerbum Dei, et spiritus ab eo,
est pars illius: sequitur, omnia que sunt in Celo et in
terra, cum sint ab eo, esse partes illius. Et conuictus
est adolescens hoc argumento, factus est Mahumetanus.

+ الحاشية

Hactenus

Hactenus fabula: fabula inquam: in uita enim Auonis
Rasidi, nihil ego de Soc Ganymede, quem iste confingit
Lepesio. Habetur ibi tantummodo Christianum quemdam
medicum, iuuenem ingeniosum, fuisse Imperatori suic in
magno pretio, eo quod per Venę sectionem illum abassopde-
lid liberasset. Verum quid quid sit de Soc, ineptissimo 119
fuit Doctoris Luius Charasani responsio, etiam admisso 111/K
crassissimo illo errore, in quo uersabatur adolescens, qui pu-
tabat Christum esse partem Dei, quasi Deus posset
in frusta secari, id quod Christiani nunquam commini-
scuntur. Etenim non omnia sunt a Deo eodem modo. Quę-
dam enim dicuntur esse ab intra, ut cognitio, et amor:
quędam uerò ad extra, cuiusmodi sunt omnes creaturę, de
quibus loquitur Alcoranus. Non ualet igitur argumen-
tum: Quę sunt in Cęlo et in terra, sunt a Deo, et nō
sunt Deus, neque pars Dei: ergo Verbum, et Spiritus Dei,
licet sint a Deo, non erunt Deus, neque pars illius: si-
cut non ualeret, si quis diceret: Imago picta est ab homine,
et non est pars illius: ergo brachium quod abscinditur ab
homine, seu a corpore eius, licet sit ab homine, non erit
pars illius. Verùm relicto Soc chimerico errore, quo
nullum unquam laborasse puto; dico, Christum uocari ab
Alcorano et Mahumetanis passim Verbum et Spiritum
Dei, siue a Deo; itaut non possit dici esse ab eo, ut o-
pera relicta ad extra, sed necessariò ut actus uitalis
ab intra: Spiritus enim et locutio suus actus uitales

in Somine, sed accidentales: in Deo autem sunt ipsa substantia Dei. Itaque male ex eo quod Alcoranus tribuat Christo uim creandi, in illis uerbis: Creabo uobis ex luto uelut figuram uolucris, arguitur Christi diuinitas, Dei enim proprium est creare. Nihilominus cum supponatur Christum creasse aliquem illam ex materia luti, non potest dici illam propria fuisse creationem, nisi forte lutum ipsum ex nihilo produxerit.

Quod uero Selaleddinus neget Christi diuinitatem in faciendis miraculis, eo quod Dei uoluntatem, atque ex illius concessione iuxta Alcoranum illo patraret: non est mirandum, cum non agnoscat duplicem in Christo naturam, diuinam scilicet et humanam: itaut et ut Deus propria authoritate, et ut homo ex Dei concessione miracula dicatur operari.

4. Dum Mahumetus Deum dolosum, imo dolosorum maximum appellat: potest aliquatenus excusari ex similimodo loquendi sacrarum scripturarum. Non tamen excusari potest in eo quod fingit Deum dolosum se preclusisse Iudeis, eorumque dolum elusisse, subtrahendo ab illorum manibus Christum ne illum occiderent, et in alieno ultu figuram Christi illis obiiciendo: itaut non Christum ipsum, sed alium nescio quem pro illo comprehenderint, crucifixerint, et occiderint. Sed non fuit Mahumetus primus suius erroris auctor: etenim a Manichæis, Marcitis, Marcionitis, Valentinis, aliisque hæreticis illum hausit.

Dos

Ita eumdem + inferius etiam asserebat confutabimus

+ 49

+ iam in Prodromi p. 3. cap. 19. latiss fuse vtrecimq; 1 20

§. Extremò si illud dona à Danais non essent timendo, posset benignè admitti comparatio illa, quod Christus in creatione similis Adæ fuisse pronunciatur, præsertim cum expositione Gelasij: ita ut tantùm intenderetur mirabilis utriusque creationis conditio: nempe Adæ ex puluere; Christi autem ex Virgine: illius sine utroque parente; huius autem cum matre tantùm. Sed Mahumetus noluit hoc etenim diuinamque Christi generationem negare, et humanam ac temporariam tantum modo asserere

Textus Alcorani 12/K

63. Dic: O scripturales, uenite ad uerbum æquale inter nos, et inter uos: ut non seruiamus nisi Deo, et non associemus ei quicquam; et non accipiant alij nostrum alios in dominos præter Deum. Quod si tergiuersati fuerint, Dicite: Testes estote, quod nos sumus Moslemi

64. O scripturales, quare disputatis de Abraham, et non hunc demissus Pentateuchus neque Euangelium nisi post illum? An ergo non intelligitis.

65. Ecce uos illi estis qui disputatis de eo, cuius est uobis scientia: quare ergo disputatis de eo de quo non est uobis scientia? Et Deus scit, et uos nescitis

66. Non fuit Abraham Iudeus, neque Christianus: Sed fuit Orthodoxus, Moslemus, et non fuit ex Associantibus 121 Prima K

67. Certè propinquiores ~~profecerè~~ hominum ipsi Abuse, sanè sunt qui secuti fuerunt eum, et sic Lupsetd [nempè Mahumetus] et qui crediderunt cum eo: et Deus est præses Credentium.

68. Desiderauit pars ex scripturalibus ut reducerent uos: sed non seducunt nisi animas suas: et non sentiunt.

69. O scripturales, quare non creditis in signa Dei, cum uos sitis testes eorum?

70. O scripturales quare uestitis ueritatem uanitate, et absconditis ueritatem, et uos scitis eam?

71. Et dixit pars ex scripturalibus: ~~et Mahumetanus~~: Credite in id quod demissum est super eos qui crediderunt, in facie diei [i. primo diluculo], et abnegate illud in extremo eius [i. ad uesperam], ut ipsi regrediantur a religione sua

72. Et ne credatis nisi illi qui secutus fuerit religionem uestram. Dic illis o Mahumete: certè directio est directio Dei, itaut detur alicui simile ei quod datum fuit uobis. An disputabunt uobiscum apud Dominum uestrum? Dic: Virtus excellentia est in manu Dei; dabit illam cui uoluerit: et Deus est amplus scientiæ.

73. + Speciali ratione conferet misericordiam suam cui uoluerit: et Deus est præditus liberalitate magna.

74. Et ex scripturalibus ~~participem~~ alicui si concredas ei talentum, restituet illud tibi: et ex iisdem ~~alicui~~ primo uis

(magis uerbaliter):
+ Peculiariter habet misericordiæ suæ quem uoluerit

quis
denarium si concredas ei denarium, non restituet illud tibi,
nisi quantum perseueraueris super eum. [i. nisi assi-
duè urgeas illum.] Hoc euenit, eo quòd illi dixerunt: Non
est super nos pro Gentibus semita. Et dicunt aduersus Deum mendacium, et ipsi sciunt

75. Itaque est super eos semita pro Gentibus. Qui displicuit pactum suum, et timuerit Deum: certè Deus diliget timentes se.

76. Porrò qui *vendiderint pactum Dei, et iuramentum sub pretio pauco, illis non erit portio in seculo nouissimo, neque allogquetur eos Deus, nec aspiciet ad eos die resurrectionis, neque purificabit eos: et ipsis erit pena discrucians.

* magis ad literam, mercimonium fecerint cum pacto Dei et iuramento sui

77. Et profectò ex ipsis [nempe scripturalibus] non pauci declinant linguas suas in libro [i. legunt saluas scripturas peruersè et fraudolenter], ut consequatur illud quod legunt, esse non de libro: sed non est illud ex libro: et dicunt: Hoc est a Deo: sed non est illud a Deo: et dicunt de Deo mendacium, et ipsi sciunt.

78. Non est conueniens homini, ut det ei Deus librum et sapientiam et prophetiam: tunc ipse dicat hominibus: Estote serui mihi, preter Deum: sed conuenit ut dicat: Estote Dominici in eo quod docueritis librum, et in eo in quo eos exercueritis circa ipsum Librum.

79. Et non precipit nobis Deus, ut accipiatis Angelos

et propheras in Dominos. An precipiet uobis infideli-
tatem postquam uos facti estis Moslemi?
80 Et memento, cum accepit Deus pactum Pro-
pheticum, dicens illis: Hoc sanè est quod attuli
uobis de Libro, et sapientia. Deinde uenit ad
uos Legatus fidem adstruens illi, quod erat uobiscum
[i. Libro Euangelii quem Sabeatis penes uos]. Cre-
dens credetis in illum, et omnino adiuuabitis eum. Di-
xit Deus: An firmi estis, et accipitis super hoc pac-
tum meum? Responderunt: Firmi sumus. Dixit
Deus: Ergo testes estote; et ego uobiscum sum ex
testificantibus.
81. Qui ergo tergiuersatus fuerit post hoc; profecto
ii erunt Preuaricantes
82. An ergo aliam preter religionem Dei quærunt?
Et illi addixit se ei qui est in Cælis et terra, spon-
te, ac coactè: et ad eum reducentur omnes in Iudicio.
83. Dic: Credidimus in Deum, et id quod demis-
sum est super nos; et quod demissum fuit super
Abraham, et Ismael, et Isaac, et Jacob, et Tribus
Israel: et quod traditum fuit Moysi, et Jesu, et
Prophetis a Domino ipsorum: non distinguimus
inter ullum ex ipsis; et nos sumus ei addicti.
84. Et qui secutus fuerit preter Islam re-
ligionem aliam: profecto non acceptabitur ab eo:
et ipse in nouissimo seculo erit ex perditoribus.

85

85. Quomodo diriget Deus homines, qui infideles fuerunt post fidem suam, et testificati sunt, quod Legatus erat verax: et venerunt ad eos aliquem ad euidentiam? Et Deus non dirigit homines iniquè agentes

86. Horum retributio erit, quod cadat super eos maledictio Dei, et Angelorum, et hominum omnium, 122

87. semper manebunt in eo: non alleuiabitur ab eis tormentum: et ipsi non respicientur a Deo

88. At verò qui credunt post hoc, et correxerint opera sua: utique Deus erit illis indultor, misericors

89. Verò qui infidelitatem post fidem suam, et insuper auxerint infidelitatem: nullo modo acceptabitur poenitentia eorum: et hi sunt errantes

90. Certè qui infideles fuerint, et obierint, et ipsi infideles [i. in statu infidelitatis] nullo modo acceptabitur ab illo eorum plenitudo terræ aurō, etiam si redimeret se illo; his erit tormentum dolorificum: [1. terra tota plena auro]

91. Et non erit illis ullus ex adiuuantibus

Note

683 Scripturales Arabicè اهل الكتاب ueteres patres familiæ libri, familiares scripturæ, professores scripturarum, scripturales. Hoc nomine intelliguntur semper fidei et christiani, vel simul, vel disiunctim.

54

Lis nimirum date sunt a Deo sacre Scripture, Lentio-
teuchus scilicet, et Euangelium, quorum nomine in-
telligunt Mahumetani Libros omnes veteris ac noui
testamenti. Ignarum se, ac stolidum ostendit Hot-
tingerus, dum nomine اهل الكتاب familie Libri, uult Ma-
humetanos etiam designari. Hoc loco Gelal com-
prehendit simul اليهود والنصارى Iudeos et Christianos

Venite ad uerbum equale] L. ad conditionem uel
pactum, quod ab utrisque iuste probari potest.

Et non accipiant alii nostrum alios in Dominos]
Gelal كما اتخذتم الاحبار والرهبان sicut uos accepistis Sa-
cerdotes et Monachos.

64. Cum disceptatis de Abraham] Gelal: نزل
نزول لما قال
اليهود ابراهيم يهودي ونحن على دينه وقالت النصارى كذلك:
cum hec dicta sint, fuit, quia dicebant Iudei: Abraham
fuit Iudeus, et nos sumus in religione eius. Et co-
dem modo loquebantur Christiani de seipsis

65. De eo cuius est uobis scientia] Gelal من امر موسى
وعيسى وزعمتم انكم على دينهما: de eo quod pertinet ad Moy-
sen et Iesum, in quorum religione se fideuos esse
affirmatis

De eo, in quo non est uobis scientia] Gelal. من
شان ابراهيم: de statu et conditione Abrahe

66. Orthodoxus]. Arabice حنيفا. Explicat Ge-
lal مائلا عن الاديان كلها الى الدين القيم: declinans ab omnibus
religionibus, ad religionem rectam.

68. Dei

68. *Desiderauit pars ex Scripturalibus*]: uidelicet Judæi: nam iuxta Gelalem: لما دعا اليهود معادًا وحديقة وعمارًا الى دينهم: *penetrato sunt sec, quando Judei studuerunt ad sua sec ad religionem suam (Moadum et Hodeiphum, et Omarum.* Et sunt autem omnes si (Malumetani. Hodeiphum

69. *Non creditis in signa Dei*]. nempe, ut ait Gelal, in القران المشتمل على نعت محمد وانتم تعلمون انه حق *Alcoranum, qui continet Malumeti epistetam: et uos scitis illa esse uera.*

70. *Vestitis ueritatem uanitate*]. Explicat Gelal: تخلطون الحق بالباطل بالتحريف والتزوير وتكتمون الحق اى نعت النبى وانتم تعلمون انه حق: *commiscetis uera falsis, corrumpendo sacras suas tuas, et falsa in ijs apponendo: et absconditis ueritatem, nimirum Prophetias de Malumeto, quarum uos cognoscitis ueritatem. Iubias ex authoritate Hasani:* يعنى به خاصة علمائهم لانهم يحرفون نعت محمد فى كتابهم: لما تلبسون الحق بالباطل يعنى ما حرفوا من التوراة والانجيل بالباطل الذى قبلوه من الشيطان وتكتمون الحق وانتم تعلمون ان محمدًا رسول الله وان دينه حق: *Innuit per hoc percipue doctores eorum (nempe Judæorum et Christianorum) qui ipsi corrumpebant uaticinia de Malumeto in Libris suis. Quæ uestitis ueritatem uanitate. Indicat ea quæ corruperunt in Pentateucho et Euangelio, per uanitatem, seu mendacium, quod dicebant de Satana. Et absconditis ueritatem; et uos scitis (Malumetum missum fuisse a Deo, et religionem eius esse ueram*

71. Et dixit pars ex Scripturalibus]. nimirum ut

exponit Gelal, dixerunt Judei ad alios Judeos: Credite
uel potius fingite uos credere tempore matutino in
Alcoranū. sed aduenientē uespere, abnegate illum,
asserentes uos non amplius credere in eum: ut Moslemi
Soc uidentes
يقولوا ما رجع هولا عنه بعد دخولهم فيه وهم اولوا علم الا لعلمهم
dicant: *Non recte reiciunt hi Alcoranum, postquā
credidērunt in eum cum sint homines docti et sapien-
tes, nisi quia scientiā eorum est nanā. Et Soc dubitan-
tes de ueritate Alcorani sui, auertantur a credendo
in eum. Item etiam exponis Judas
74. Et ne credatis nisi illi qui sectatus fuerit religio-
nem uestrum]. Hec uero ab Expositoribus tribuun-
tur Judeis, quibus iubet respondere Mahumetus, Deum
dirigere quem uult, itaut possit concedere alijs gen-
tibus propheti, et sacros libros, sicut concessit Ju-
deis. Sequentia autem uerba: An disputabunt uo-
biscum. Judas et Gelal tribuunt item Judeis, atque
ita exponunt: ايغلبوكم المومنون عند ربكم يوم القيمة لانكم اصلح دينا
لانكم
An Mahumetani uincent uos apud Dominum uestrum
in die Judicij? Negauam: quia religio uestra melior
est. Respondet autem illis Mahumetus eo que sequun-
tur. Et ex Scripturalibus &c. Affert Gelal exemplo Ab-
dallæ filij Salami, cui quidam concredidit, seu mutuo
dato dedit mille ac ducentas uncias auri: ille uero ea
suo tempore restituit: et Caabi filij Astrapæi, cui Zoro-
astra quidam mutuo dedit unum Lenzilum, et illud nega-
uit

* Videtur melius ita uertendum. Quid retraxit eos ab eo [Alcorano, seu fide Mahumēti] postquam amplexi sunt eū, cum sint prędīti scientia? si scientia eorum non est uana!

123
3 | 2

uit

uit. Quant ambo Iudei.

Non est apud nos pro Idiotis semiso] i., iuxta de_positionem Gelalis et Iallij; non habemus Legem, que cogat nos ad obseruandam iustitiam cum Arabibus (hi enim Di_otę communiter appellabantur); ita ut teneamur illis restituere, si quid mutuum, aut commodatum nobis fe_cerint.

76. Pactum Dei] explicat Gelal في الايمان بالنبي pactus de credendo in Mahumetum; quod uendebant, i. uiolabat ob exiguum Lucrum, recedendo a religione eius; seu potius, abscondendo uaticinia sua- rũ Scripturarũ de Mahumet pro uili pretio

77. Declinant linguas suas] i. deprauant Scripturas, peruersè eas legendo, ad occultanda uaticinia de Mahu_meto. Ita Gelal

78. Dominici] Arabicè, ربانيين exponit Gelal علماء عاملين Doctores operantes, i. facientes ea quę docent. Et addit نزل لما قال النصارى نجران ان عيسى امرهم ان يتخذوه ربا ولما طلب بعض المسلمين السجود له ص: Dicta sunt hęc postquam Christiani Nagrane_nses dixerunt; Iesum precepisse sibi, ut colerent eum tan_quam Dominum: et postquam Moslemi quidam uoluerunt adorare Mahumetum

80. Accepit Deus pactum Prophetarum] i. pepigit seu iniuit pactum cum Prophetis. Sentire uidetur Mahume_tus cum Talmudistis, animas omnium Prophetarum fu_isse in monte Syna, quando lex Moysi tradita fuit: ibique Deum eosdem allocutum fuisse, et ostendisse illis futura, tanquam presentia.

Deinde uenit ad uos Legatus]. nimirum Mahumetus, qui confirmaturus erat Pentateuchum, et alios sacros libros iam traditos. Ita Gelal, et alij Expositores communiter.

84. Infideles fuerunt post fidem suam]. Loquitur de Iudeis, qui ut ait Gelal كفروا بعيسى بعد ايمانهم بموسى وازدادوا كفرًا بمحمد. incredduli fuerunt in Iesum postquam crediderant in Moysen: auxerunt autem infidelitatem suam, dum nolue runt credere in Mahumetum.

Refutationes.

Vide Prolegom. part. 3. c. 21. pag. 66.

1. Incusat Mahumetus Christianos et Iudeos (nam utrosq; complectitur Lic sub nomine Scripturalium, iuxta expositionem Gelalis, Jalic, Malebiensis, et aliorum interpretum) quod Si Sacerdotes seu Pontifices suos, illi autem Monachos suos, quorum nomine Episcopos etiam, qui e monasterijs plerumque accipiebantur, intelligit, tanquam Dominos ac Deos agnoscant, et adorent. Diuersimodè cultum hunc et adorationem Mahumetani sapientes explicant: quia de re ita Malebiensis in hoc loco: فقالت اليهود ما تريد الا ان نتخذك ربًا كما اتخذت النصارى عيسى ربًا فقالت النصارى ما تريد الا ان نقول فيك ما قالت اليهود فى عزير فانزل الله تعالى يا اهل الكتاب تعالوا الى كلمة سواء عدل بيننا وبينكم الا نعبد الا الله ولا نتخذ بعضنا بعضًا ارباباً من دون الله كما فعلت اليهود فى عزير والنصارى فى المسيح: قال الله تعالى اتخذوا احبارهم ورهبانهم اربابًا من دون الله والمسيح ابن مريم اى اطاعوهم فى المعاصى وقال عكرمة هو سجودهم بعضهم لبعض وقيل معناه لا نطيع احدًا فى المعاصى: وفى الخبر من اطاع مخلوقًا فى معصية الله فكانما يسجد سجدة لغير الله: وقد قيل ولا نتخذ بعضنا بعضًا ارباباً من دون الله لا نستحل الاشيا بغير احلال الله ولا

124
4/K

نحرمها بتحريم غير الله ولا نجعل لغير الله الخضوع والتعظيم ما يجب لله
وذلك ان اهل الكتاب كانوا يحللون ويحرمون بقول الاحبار والرهبان
مالم يحرمه الله ولا حلله ويجبون على انفسهم طاعتهم ويجرون
امرهم فى ذلك ونهيهم مجرى امر الله تعالى ونهيه :
Dixerunt Judei (Malumeto) Ju non uis nisi ut accipiamus te in Dominum, nisi ut acceperunt Christiani Jesum in Dominum. Dixerunt e conuerso Christiani: Ju non uis nisi ut dicamus de te, id quod dixerunt Judei de Ezra. Tunc reuelauit Deus hec uerba: Scripturaley uenite ad uerbum equale, i. ad conditionem iustam inted nos et insed nos, ut non seruiamus nisi Deo, et non accipiant alij nostrum alios in dominos presed Deum sicut fecerunt Judei circa Ezram, et Christiani circa Christum. Dixit Deus excelsus: Acceperunt Pontifices suos, et Monachos suos in dominos, et Christus filium Marie (Supra 9. § 31) i.: obedierunt illis in preuaricationibus Legis diuine. Et dixit Acrama: Hec est adoratio eorum, quia alij alios adorant. Alij dicunt sensum esse: Ne obediamus ulli in transgressionibus Legis diuine. Iam uulgata est sententia: Qui obedit creature alicui in transgressione Legis diuine, ideo est ac si adoraret illum presed Deum. Alij sic exponunt: Et non accipiant alij alios in dominos presed Deum: i. non concedamus tanquam licitas res quas Deus licitas non fecit, neque prohibeamus eas, nisi Deus prohibuerit: neque exhibeamus ulli, presed Deo

=subiectionem, et magnificentiam quę conuenit Deo. Hoc
=autem dicitur, quia Iudęi et Xristiani concedebant, et
=prolibebant ad dictum Pontificum et Monachorum, id
=quod neque concesserat, neque prolibuerat Deus: et cre-
=debant necessarium sibi esse illis obedire: et ponebant
=in equali gradu preceptum et prolibitionem eorum ac
=precepto et prolibitione Dei. Hactenus Salebiensis

Bene est, quod Mahumetus coniungit causam Xristi
anorum, cum causa Iudeorum: nam hoc pacto duplices testes
habet impudentię suę et mendacij sui. Etenim quando ad
uel Iudęi Pontifices suos, uel Xristiani Monachos
seu Episcopos suos ita receperunt in dominos, ut illos
in cultu, adoratione, et obedientia Deo equarent. Quan-
do nam uel isti, uel illi docuerunt populos, ut diuinas
leges transgrederentur, Deoque non obtemperarent? Quan-
do nam licitum fecerunt id quod Deus illicitum pronun-
ciauit; uel illicitum quod ille concessit? Quando deni-
que uel Iudęi Patres diuinitatem tribuerunt, uel Xri-
stiani eodem cultu, quo Xristum, Monachos suos uel
Episcopos honorauerunt? Sunt hęc (saltem quod ad Xri
stianos attinet) apertissima mendacia, quę rectius or-
bis testimonio redarguii possunt

Etenim non negamus Xristianos honorare semper-
que honorabe Monachos, et multo magis Episcopo-
et Antistites suos: atque omnes uero Pontificem Ro-
manum maximo quidem honore, ac humano cultu, non

hierapolitica

dolhizo
apologetico,

non purè

idola non diuino: neque illos ut supremos dominos uel deos: sed
ut Domini Deique Vicarios, et Ministros recognoscere, eodem
fere modo quo Mahumetani olim Caliphas suos uenerabantur, et nunc Scarifos uenerantur. † Quod si aliqua illis exhibent, quæ Deo etiam exhibenda, et præsertim adorationem seu genuflexionem, non propterea deos uel dominos illos esse profitentur. Nam multa quæ Deo tribuuntur, uidemus in sacris Literis etiam hominibus tribui; præsertim Regibus, ac Principibus, uel aliis sanctitate insignibus, quos non solum geniculatione, sed etiam totius corporis prostratione ab alijs hominibus absque ullo piaculo adoratos fuisse legimus. Quin et Alcoranus ipse affirmat, Angelos Dei iussu Adamum adorasse, ut uidimus in Sura 2. Legimus præterea in sacris Literis, Angelos Dei uicem gerentes, ab hominibus iustis ~~tanquam Deum~~ adoratos fuisse et præterea ~~sacrificio~~, et Dei nomine ineffabili decoratos. Vt patet Genes. cap. 18. et 19. & Iudic. cap. 6.

† omni tamen superstitione remota.

Alia uero exposicio, nempe Christianos colere Monachos, et Prælatos suos tanquam dominos ac deos, eo quod obediant illis præcipientibus aliquid contra Legem Dei: impostura est et mendacium, et debet hoc probari, non inani iactatu. Sunt sanè quædam a Deo prohibita uel imperata, quæ natura sua, non sunt mala, ut ca. 3. operari in Sabbatho, celebrare festa, abstinere a cibis a- magnard pecudes liquibus, et alia huiusmodi. In his tam Christiani, quàm Iudei, imo et ipsi Mahumetani, si id necessitas exigat

† neque autem uirtutis, neque culpæ ullo modo continent, nisi quatenus à Deo habeb. aut obligationem ex motiuo obtinent uirtutis

credunt se posse a suis Prelatis absque ullo piaculo, tan=
quam diuine legis interpretibus dispensari. Quis enim
sibi persuadeat u. g. Deum ita Israelitis Ecclesiastes
ab omni opere laborioso Israelitis in Sabbato precepisse,
ut si quis in puteum caderet, uel sub ruina domus obruere
tur, non posset inde extrahi uel substrahi, etiamsi ad hoc
magnus labor requireretur? Sed deberet miser ille relinqui
ut periret?

2. Ratio porrò nos iugulat Mahumetis, dum contra
Iudeos et Christianos ita ineptissimè argumentatur. Una-
quæque gens debet diligere ea quæ spectant ad pro-
priam religionem, et in illis fides est ei adhibenda, et
standum est illius dictis. Vos autem disceptatis de Abraam,
qui ad nos nihil spectat; Abraam enim neque Iudeus fuit
neque Christianus, cum præcesserit multo tempore tradito-
nem Pentateuchi et Euangelij: ergo in hoc nulla fides
est uobis habenda; sed tantum in his quæ pertinent ad
Pentateuchum, quod Iudeos; et ad Euangelium, quod Chri-
stianos. Quid tibi uidetur, Lector, de hoc acumine Sty-
ppeo? Mahumeto igitur nulla fides est habenda, dum
docet de Abraam, de Pentateucho, et de Euangelio:
hæc enim omnia fuerunt longè ante Mahumetum et
Alcoranum: et consequenter non spectant ad Mahume-
tum. Porrò si de Abraam loquamur, magis pertinet
ad Iudeos et Christianos, utpote eorum ætati propinquior,
quam ad Mahumetum. Et quid quid sit de hoc, conce-

dere

Deus saltem cognitus Mahumetus; in his quæ spectant ad
Moysen et Pentateuchum, Judæis: in his ueò quæ ad Christum
et Euangelium pertinent, Christianis Iranbum creditum
mat enim eosdem de his sabeos scientiam.
3. Iranbem recognit, dum et Judæis Pentateuchi, et Christi-
ani Euangelij corruptelam imponit; et dos de Vaticinijs
ad Mahumetum spectantibus in utroque uel occultatis uel
abusis redarguit. Hoc tam impudens mendacium, quod in Al-
coano sexcenties repetitum, iam satis supra detectum ac
reiectum est: et satis erit illud deinceps tantumodo no-
tare. Sed uide Prodr. partem p^a. cap. 2. et segg. ubi de hoc argumento et profu-
agitur.
4. Importuna est admonitio Mahumeti ad sectas suas,
ne accipiant Angelos et Prophetas in dominos, si hoc
intendat iuxta Selalem, Judæos et Christianos sugillan-
do: ait enim كما اتخذت الصابية الملايكة واليهود عزيرا والنصارى عيسى
sicut accepérunt in dominos Sabæi Angelos, Judæi Ezram
et Christiani Iesum. Quid quid sit de Sabæis, seu Sabaitis
certum est Judæos nunquam Ezram tanquam Deum uel
Dominum coluisse. Christiani ueró si hoc modo colunt Je-
sum, non immeritò faciunt, cum sic non sit purus homo,
uel simplex Propheta, sed etiam Deus uerus, ut alibi
ostendimus.
5. Sequimur a Mahumeto, quando nam Deus inierit pactum
cum Prophetis de Mahumeto ipso recipiendo, et adimando:
et cum quibus Prophetis hoc pactum inierit? Dixi supra
illum forsasse sauisse Talmudistis in sanam eorum
opinionem, Deum in Monte Sinai adduxisse una cum Mo-

yse animas omnium Prophetarum etiam futurorum, et ijs-
dem leges, et præcepta dedisse. Verùm, ut fabulam admitta-
mus, nullo tamen pacto admittendum est, Deum aliquid
Prophetis de Mahumeto præcepisse, nisi fortè ut illum
tanquam nebulonem et impostorem agnoscerent, et euitarent.
6. Decinit neniam de sacris voluminibus traditis
Abrahæ, Ismaeli, Isaac, et alijs, in Iacob enumeratis. Ve-
rum hæc volumina neque extant, neque extiterunt un-
quam in rerum natura. Ionent autem communiter Mahu-
metani, libros sacros a Deo traditos, fuisse centum et qua-
tuor: nempe Pentateuchum Moysi: Euangelium Christi:
Psalterium Dauidis: Alcoranum Mahumeti: quinquaginta
libros Seth: triginta Henoch: decem Abrahæ: decem item
Hog. Mirum verò, quod cum Alcoranus asserat traditos fu-
isse sacros libros etiam Ismaeli, et Isaac, et Iacob, et Tri-
bubus, et Prophetis; de his Doctores Moslemi mentio-
nem nullam faciant. At verò Hog, Seth, et Henoch, de
quibus Alcoranus non meminit, illos attribuant. Mirum e-
tiam, quod cum ipsi se ab Ismaele progniatos, et illius re-
ligionis strictos esse glorientur, nullum ex his libris,
quos eidem Ismaeli a Deo traditos esse affirmat, la-
beant quem ostendere possint.

126

Textus Alcorani

الجزء الرابع

Pars Quarta

14. Nunquam accipietis iustitiam donec eroghetis in elee-
mosynam ex eo quod diligitis. Quicquid verò eroghabitis,
vtique Deus illud sciet.

J. B.

127
7 L. 128

93. Omnis cibus fuit Licitus filijs Israel, preter eum,
quem prohibuit Israel suped animam suam [i. sibi ipsi]
antequam demineret Pentateuchus. Dic Judeis: Affer-
te pouro Pentateuchum, et legite illum, si certis uerace.
94. Qui ergo commentus fuerit aduersus Deum mē-
dacium post hoc, si erunt Iniqui.
95. Dic: Verax est Deus: sequimini ergo secta Abra-
he orthodoxi: et non fuit Abraham ex Associantibus.
96. Certè prima Domus [i. templum], quę constituta est
hominibus, sanè fuit illa, quę est in Becca: benedicto,
et directio ~~omnibus creaturis~~ Mundij. [i. omnibus creaturis]
97. In ea sunt signa manifesta: locus in quo stetit
Abraham: et qui ingressus fuerit in eam, erit securus. Et
Deo debetur ab hominibus peregrinatio ~~Sinus~~ Domus,
qui potuerint ad illam proficisci. Et qui incredulus fu-
erit: certè Deus * ~~non indiget ullis creaturis~~ [i. nullij indigebit creaturę]
98. Dic: O Scripturales, quare non creditis in signo
Dei [i. in Alcoranum.] Atqui Deus testis est rei quod
quod facitis.
99. Dic: O Scripturales, quare excluditis a semitis Dei eos
qui credidit? Quęritis eam distorquere, et uos testes estis
esse rectam: sed Deus non negligens eorum quod operamini [i. punietur eos]
100. O qui crediderunt, si obedieritis partim ex
ijs, quibus traditus est Liber, reddent uos post fidem
uestram infideles.
101. Et quomodo incredulus eritis, cum uobis legantur si

* dixerit est sine Mundi
~~adorabit~~
~~dixerit~~
~~Deus~~

gna Dei, et in uobis sit Legatus eius? Uerùm qui firmi-
ter tenuerit se cum Deo, profectò iam dirigetur ad ui-
am rectam.

102. O qui crediderunt, timete Deum ueritate timoris
eius: et nullo modo moriamini, nisi et uos sitis Mos-
lemi.

103. Et firmiter apprehendite funem Dei uniuersum
[i. uniuersam religionem Dei]: et ne separetis uos ab
eo: et mementote gratie Dei ergà uos, nam cum esse-
tis hostes, posuit unionem inter corda uestra; et fac-
ti estis per gratiam eius fratres: et eratis super
labium fouee ignis [i. gehenne], et liberauit uos ab ea.
Ita declarat Deus uobis signa sua, ut uos dirigami-
ni:

104. Et sit ex uobis gens, que uocet ad Optimum [i.
religionem Islam]: et precipiant iustum et prohibeant
ab iniusto: et illi qui hec fecerint erunt felices.

105. Et ne sitis, sicut illi qui diuisi sunt, et discre-
uerunt in religione sua, postquam uenerunt ad eos ar-
gumenta manifesta [i. Judei et Christiani]. Pe-
nis eis tormentum magnum

106. Die quadam albescent facies, et nigrescent fa-
cies. Uerùm illis, quorum nigrescent facies, dicet Deus:
An ad infidelitatem redistis post fidem uestram?
Igitur gustate penam ob id quod fuistis infideles

107. At uerò illi, quorum albe fuerint facies, erunt
in misericordia Dei, in qua ipsi in perpetuò manebunt.

108.

126
672

الرابع
Pars

127
7

108. Ista sunt signa Dei: recitamus ea tibi cum
unitate. Et Deus non vult iniquè tractare ~~creaturam~~ Mundos. [i. ullam creaturam]
109. Et Dei est id quod in Celis, et quod in terra
reperitur: et ad Deum pertinent (sed omnes in die
Judicij
110. Certè, o Arabes, optima gens, quæ producta + literaliter optimam gentium
fuerit hominibus: præcipitis iustum, et prohibetis ab
iniusto, et creditis in Deum. Et si crediderint
Scripturales, certè foret melius ipsis. Ex ijs sunt credentes
[aliqui qui credunt]: sed plerique eorum sunt prævaricatores
[i. infideles]
111. Non nocebunt vobis Judei, nisi læsione aliqua
Levi: et si pugnaverint contra vos, obvertent vo-
bis tergа; tum non adjuvabuntur
112. Conjecta est super eos abjectio; ubicunque de-
prehensi fuerint; præterquam cum fune a Deo, et fu-
ne ab hominibus: et regressi sunt cum ira a Deo, et
conjecta est super eos inopia. Hoc, quia ipsi nolue-
runt credere in signa Dei, et occiderunt Prophetas
iniustè: hoc, quia ~~inobedientes~~ rebelles fuerunt, et transgres-
si sunt
113. Non sunt tamen Scripturales omnes æquales.
Ex Scripturalibus est gens recta: meditantur signa
Dei temporibus noctis, et ipsi adorant. ~~Deum.~~
114. Credunt in Deum, et diem novissimum; et præcipi- 129.
unt iustum, et prohibent ab iniusto: et certatim contendunt 172

in bonis operibus: et si sunt ex Probis
115. Et quod facient de bono, neque unum fraudabun-
tur eo [i. mercede illius in die Judicij]: nam Deus
dit cognitor manifestè timentiũ ve.
116. Porrò qui infideles fuerint, nullo modo proderunt
illis facultates eorum, neque filij eorum apud Deum
+ filij guidquam: et si erunt Labitatores+ ignis: ipsi in eo perpe-
tuò manebunt sui
117. Similitudo illius quos evogant in lac uita munda-
no, est sicut similitudo uenti, in quo sit frigus uenus:
incidit in latum hominum qui iniquè egerant contra
animas suas; et presumpsit illum: et non iniquè
tractauit eos Deus, sed ipsi ve iniquè tractauerunt.
118. O qui crediderunt, ne accipiatis intrinsecand ami-
citiam cum alijs extraneis, preter nos: quia non omit-
tent nos corrumpere. Oportuerunt id quod male peniretis:
iam apparuit odium ex oribus eorum: sed quod occul-
tant pectora eorum grauius est. Jam demonstrauimus
nobis signa hostilitatis eorum, si intellexistis
119. Ecce nos illi, amatis eos, et ipsi non amant nos:
et creditis in Librum totum [i. in omnes libros suos
eorum, cum ipsi non credant in Alcoranum uestrum]:
et cum occurrerint nobis dicunt: Credidimus: cum au-
tem clam conuenerint, mordent contra nos extremos
digitos suos ob iram. Dic illis: Morimini in ira ue-
stra: sanè Deus scienj. est essentiam pectorum
120. Si attigerit nos bonum, contristabit eos: si uerò
accederit

acciderit uobis malum, Letabuntur de eo. At si patiē-
tes fueritis, et timueritis Deum, non nocebit uobis ad-
tus eorum quidquam: quippe Deus id quod faciunt, et
comprehendit scientia sua.

121. Et memento, cum diluculo egressus fuisti a fa-
milia tua, ut paravet fidelibus castra ad pugnan-
dum: et Deus erat audiens, sciens

122. Cum anxiē cogitauerunt duo colonte ex uobis,
ut recederent a prelio: Deus autem fuit adiutor uni-
usque: et in Deo confidant Fideles

123. Et iam quidem adiuuit uos Deus in Bedro,
et uos inferiores erati sortibus numero. Simete ito-
que Deum, ut uos grati sitis.

124. Cum diceba Fidelibus: An non sufficit uobis
contenti estote. Sed concluxit ille: Accipite ergo
uxores quas vultis, et quot vultij: ex ingenuis ac Li
beris duas, duas, tres, quatuor: ex ancillis decem,
centum, mille; dummodo tot alere possitis. O cere
brum pecudinum! Et tamen infra Sanctè affirmat,
impossibile esse, ut cum pluribus uxoribus, aliquis
vir, vel sua, vel earum culpa, servet equitatem. Id
ritum verum esse in ipsis Sacris Scripturis apertè
deprehendit: in Sara et Agar: in Rachel et
Lia: in Anna et Phenenna; et aliis, in sed quas
frequenter invidia, aixe, irreguo oriebatur, non qui
dem culpa virorum, qui erant Sancti; sed ignarum
muliercum

coniuges uestre, nisi habeant prolem. Quod si prolem habu-
erint, tunc cedet nobis quarta pars ex eo quod reliquerint, post
adimpleta Legata, que Legauerint, aut debita dissoluto. Ipsis quoque descen-
dentibus assignabitur quarta pars ex eo quod uos reliqueritis,
nisi fuerit nobis proles. Si autem prolem habueritis, tunc
constituetur illis octaua pars ex eo quod reliqueritis, post
adimpleta Legata que Legauerit, aut debita dissoluto. Quod
si filius suus aliquis instituerit heres illius cui non sit genitor,
neque proles: aut mulier aliquo eiusdem tribus instituat
heres: et hic habeat fratrem aut sororem: unicuique
ex his duobus detur sexta pars illius quod reliquerit.
Quod si fuerint plures quàm hic unus, uel una: si erunt
participes in tertia parte, post adimpleta Legata que
fecerit, aut debita dissoluto, sine damno heredum. Hoc
est preceptum a Deo: Deus autem est sciens, [illegible] mihi.
15. Isti sunt termini [statuti] a Deo. Et qui obedierit
Deo, et Legato eius, introducet eum in hortos, subtus quos
currunt flumina; perpetuò morabuntur in illis: et hic
erit felicitas magna
16. Qui uerò non obedierit Deo, et Legato eius, sed trans-
gressus fuerit terminos eius: introducet eum in ignem,
in quo perpetuò morabitur: et ipsi erit subibit pena ignominiosa
17. Et si que de multicibus uestris flagitium fecerint per-
uersum mulieribus uestris
seruauerint: testes aduocate contra eas quatuor ex uo-
bis: qui si testificati fuerint secundum flagitium; conclu-

† Fli. adulterii seu fornicationis

Dite ac retinere eas in domibus, donec absumat eas mors,
aut aperiat illis Deus viam exeundi
15. Et duo ex vobis, perpetravuerint huiusmodi fla-
gitium; noxam irrogate utrique. Quod si resipuerint, ei
se se convexerint, dimittite utrumque: nam Deus est
propitiabilis, misericors
16. Certè conceditur penitentia apud Deum illis qui
faciunt malum sped ignorantiam, deinde resipiscunt quan-
primùm: his propitius erit Deus: et Deus est sciens, sa-
17. Sed non est locus penitentiæ illis qui faciunt m-
là, donec adveniat illis mors: etiamsi tunc dicat:
tè pœnitet me nunc: neque illis, qui moriuntur in infi-
delitate. His preparavimus pœnam dolorificam.
18. O fideles, non licet vobis esse hæredes mulierum
contra earum voluntatem: neque prohibere illas, ne
eant aliis præterea viris, ut auferatis aliquid ex eo quod a
dederitis eis in dotem; nisi pergetraverint flagitium man-
festum: et cohabitate cum eis humaniter. Quod si eas
vos habueritis illas, fortasse habeatis eam, in qu
Deus posuit vobis multum bonum. Quod si volueritis
permutare uxorem cum alia uxore; et iam dederitis
ei earum talentum, ne tollatis ex eo quidquam. Ne t
letis illud sed iniustitiam et iniquitatem manifes
19. Et quomodo tolletis illud, cum iam coniuncti
citis invicem et copulam maritalem; et ille accepe
a vobis pactum firmum

+ l. sonat
+ l. et duo qui perpetraverint illud
+ l. recedite ab utroque
l. de proximo
l. presbyter sit unius uxoris
l. et ipsi infideles sint
+ qui crediderint,
+ iniuste
+ cum equitate
+ loco uxoris
copulam
+ et iam ingressus sit alter uterum ad alterum.

10. Et ne nubatis [a] mulieribus, quibus iam nupserunt pa-
tres uestri: excepto quod circa hoc iam precepit [i. conce
Dictum nobis retinere eas, quibus iam nupsistis]: nam hoc
est flagitium, et abominatio. et malum est semita [i.
Ducit ad malum uel infelicitatem]

11. Et (si libet) uobis matres uestre, et filie uestre, et so-
ores uestre, et amite uestre, et materter uestre, et filie
fratris, et filie sororis: et matres uestre, que lactaue-
runt uos, et soroves uestre [b] collactanee, et matres uxorum b. ex lactatione
uestrarum, et priuigne uestre, que sunt in custodia uestra,
nate ex uxoribus uestris ad quas ingressi fuistis. Quod
si ingressi non fueritis ad eas, non erit piaculum uobis
eas accipere et uxores filiorum uestrorum, qui egressi
sunt ex lumbis uestris: et (si libet) etiam uobis accipere
in coniuges duas sorores: [c] exceptis [c. ut coniugetis
iam] quod iam pretere-
cijt in contrarium circa hoc: nam Deus est indultor misericors
12. Et (si libet) etiam uobis ingressus ex mulieribus coniugatis Pars quinta
proximas, quas ut captiuas possideritis. Hoc pre- [d] possederint
scribitur uobis a Deo. Conceditur autem uobis id quod est [d] patres uestri. Pre-
pretor hoc; ut cognoscatis facultatibus precepta uestris ingressus iudi- scripta odi sunt.
cis, non contrarios.

13. Eo autem commodo quod acceperitis ex illis, da-
re illis mercedes [i. dotes] earum, iuxta statutum
uobis
non erit piaculum in eo, ut de quo mutuo placito con-
senseritis, post [e] dotem constitutam: Deus enim est [e] statutu adim-
sapiens plendum

a. & qui non potuerit exhaurire longitudinem, habeat tot facultates, ut nubat

b ijs, quas possiderunt dextræ nostræ, ex quibus fidelibus

c cum æquitate

a

14. Qui ideò ex nobis non habuerit tot facultates, ut nubat
bene possit cum mulieribus fidelibus ingenuis, fidelibus:
nubat cum ancillis vestris puellis fidelibus. Et Deus
optimè scientissimus fidei vestræ. Alij vestrum sunt ex alijs:
itaque nubite illis cum assensu dominorum ipsarum: et
c
date illis dotes earum prout iustum est. Sint autem
pudicæ, non fornicariæ, neque habentes amasios. Postquam
autem nupserint, si flagitium perpetrauerint [i. adulterauerint fuerint] irrogatur illis dimidium
pœnæ quod
virginibus coniugatis ingenuis irrogatur de pœna stupratarum. Hoc
coniugium cum ancillis conceditur illi cuilibet, qui timuerit
eorum flagitium ab ingenuis. Quod si abstinueritis a con-
iugio ancillarum; melius erit vobis: et Deus est indul-
tor, misericors.

15. Vult Deus manifestare vobis hoc, et dirigere vos ad
instituta eorum, qui fuerunt ante vos, et propitium
se ostendere vobis: et Deus est sciens, sapiens.

16. Et Deus vult propitius esse vobis: et volunt ij,
qui sectantur concupiscentias, ut declinetis a veritate
declinatione magna

17. Vult Deus levem reddere vobis legem suam: nam
homo creatus est infirmus.

Note

*Viele in fine harũ nõtarũ

*

1. O homines] Exponit Gelal. يا ايها اهل مكة i.e. O homines Meccani.
Notant Sureyenses, ubicunque in Alcorano dicitur يا ايها الناس
o homines, Suram illam, vel secundum traditam fuisse Meccæ.

Sed

Vbi meco dicas يا ايها الذين امنوا o qui credideunt, suam illa, quel
peculium (Medine reuelatam fuisse
Consanguinitates] Arabice est الارحام i. uulue. Intelli-
gunt fratres consanguinitates, affinitates, uel matrimonia
2. Ne permutetis fraudem cum bono] (Minimum, ut ex
ponit Celal. ولا تتبدلوا الخبيث من اموالكم بالطيب من اموالهم 147 B/N
accipiendo pro bonis mala sunt de facultatibus orphani, et re-
ponendo pro eis pro malis sunt de facultatibus uestris
3. Et si timuistis ne iuste]. Celal. ولما نزلت تحرجوا
من ولاية اليتامى وكان فيهم من تحته العشر او الثمان من الازواج فلا يعدل بينهن
فنزل وان خفتم: cum hec reuelata fuissent, reliqui
cant circa orphanorum. Erant autem inter eos, qui
qui habebant decem, uel octo uxores, nec seruabant equita-
tem inter eas: et ideo hic dicitur: Si timuistis &
8. Et timeant &]. Locum hunc alioqui obscurum ita de-
clarat Celal.: وليخف على اليتامى الذين لو قاربوا ان يتركوا بعد موتهم اولادا
صغارا خافوا عليهم الضيع فليتقوا الله في امر اليتامى وليأتوا اليهم ما يحبون ان يجعل
بذريتهم من بعدهم et solliciti sint pro orphanis illi, qui cum pro-
proues sint, ut relinquant post mortem suam filios pecu-
los, timent de eis ne male peccent. Timeant igitur Deus
in hoc negocio pupillorum; et prestent illis id quod cupi-
unt, ut prestetur filijs suis post mortem suam. Eodem
fere modo Iadis.
Mortando]. nempe patri orphanorum.
10. Mansuto debet] instead portionis suae Feminae]
Iten Gloss. Celal.: اذا اجتمعتا معه فله نصف المال ولهما النصف فان كان معه

واحدةً فلها الثلث وله الثلثان وان انفرد حاز المال :

si simul fue-
rint cum eo duę, debetur illi dimidium facultatum, et
illis alius dimidium. Sed si una tantùm cum eo fuerit,
illi debetur tertia pars, masculo autem duę tertię par-
si autem hic solus fuerit, devoluentur ad eum omnes fa-
cultates

Patres uestri et filij uestri &] Horum uerborum
sensus est. Vos ignoratis utrum magis profuturi sint uo-
bis in hoc mundo et in futuro seculo, parentes uestri,
an filii uestri, licet uos putetis parentes magis uti-
les esse uobis, quia religuerunt uos heredes. Jta Selal.
14. Concludite ac retinete eas in domibus] Selal. اعزوا
بذلك اول الاسلام ثم جعل لهن سبيلا بجلد البكر ماية وتغريبها عاما ورجم المحصنة
وفى الحديث لما بين الحد قال خذوا عنى خذوا عنى قد جعل الله لهن
سبيلا : praeceptum fuit hoc illis in principio Mahumeris-
mi. Adijcienda facta est illis uia exeundi e carcere
cum hac conditione, ut puellę seu uirgines, lapidi-
bus obruerent & annum : coniugatę uero lapidi-
bus obruerent. Ex traditione autem haberur, quod cu
publicata esset hęc Lex, Mahumetus dixerit : Audite me,
audite me : Jam posuit illis Deus modum exeundi.

15. Et si duo ex uobis perpetrauerint &] De Fornicii sce-
leris rerum pena nihil hic habetur, quàm فاذوهما noxam
inferte utrique. Sed quamnam noxam? explicat Sela ledi-
nus بالسب والضرب بالنعال : conuicia illis ingerendo, et crepidis
percutiendo. Jahias: فاذوهما بالالسنة : notate eis linguis. Mea
reprehendite eos, seu conuicia mini illis. Putat Jameha-

sceriy

scribus non agi hic de scelere nefario inter duos mares, sed de copula meretricia vel fornicaria inter masculum et feminam: ait enim: يريد الزانى والزانية فاذوهما فوبخوهما وذمّوهما وقولوا لهما ما استحييتما اما خفتما الله: Intelligit scortatorem, et scortatricem, de quibus dicit: Nocte utrique, nimirū arguite utrūq; et uituperate eos, dicentes: Quid est quod adeò concupiscitis? an non timuistis Deum? Verum hoc satis solidè probat, hoc non spectare ad mulieres, sed ad uiros tantùm. Nam de mulieribus iam supra lex sancita fuerat: ipsum audiamus: والذان ياتيانها اى الفاحشة الزنا او اللواط منكم اى من الرجال وهذا منسوخ بالحد ان اريد بها الزنا وكذا ان اريد بها اللواط عند الشافعي لكن المفعول به لا يرجم عنده وان كان محصنًا بل يجلد ويغرب وارادة اللواط اظهر بدليل تثنية الضمير والاول قال اراد الزانى والزانية ويرده الى تبيينهما بمن المتصلة بضمير الرجال واشتراكهما فى الاذى والتوبة والاعراض وهو مخصوص بالرجال لما تقدم فى النساء من الحبس. Et duo qui perpetrauerint hoc flagitium, nempe fornicationē, aut Sodomiam ex uobis, scilicet ex uiris. Et hoc fuit abrogatum, posito quòd intelligatur de fornicatione, aut adulterio, et similiter si intelligatur de Sodomia, iuxta sententiam Seiaphaensis. Sed iuxta eundem, is qui patitur Sodomia non lapidatur, licet sit liber, et ingenuus, sed flagellatur, et exulat. At uerò quod hic agatur de Sodomia, magis est clarū ob numerum dualem pronominis. Prima autē sententia quòd hic sermo sit de uiro et fœmina fornicantibus, reijcitur, ob particulam declarativam seu distinctiuā, ex, coniunctam cum pronominū uirili; et ob coniunctionē utriusq; diliquentis in pœna, et pœnitentia, et indulgentia. Et hoc propriè dicit: de uiris, eò quòd de mulieribus præcesserit pœna carceris.

Abul-Cayemus in Libro de Abrogante, et Abrogato, accipit uerba Ar. 1456
corani de simplici copula inter solutos, dicens: 4/111
وكان البكران اذا زنيا عيّرا وشتما لا غير فجاءت الاية التى فى سورة النور وهى الزانية والزانى
فاجلدوا كل واحدهما ماية جلدة فهذا منسوخ بالكتاب. Gem dus nondu
copulati matrimonio, simul coirent, arguebantur, et conuicijs
tantummodo petiebantur, absq; alia pena. Sed in sura de
Luce, ita deinde sancitu est: Fornicatrix, et fornicator, sin-
guli centum ictibus flagellentur. Trina itaq; est hic abrogatio
iuxta Abul-Cayemum: conuicia enim sou reprehensio abro-
gauit cum ceteris: flagellatio abrogauit conuicia; et la-
pidatio flagellationem. Interpres Alcorani Latinus, sicut et Ad-
licy, interpretantur uerba Alcorani de adulterijs, et fornicarijs.
Neuter placet: et sepissime hallucinatur uterque.

22. [Ancillas et mulieres] coniugatas] Arabice ثيبات, propriè
munitas: et modo intelligitur coniugatæ, modo Liberæ et inge
nuæ; modo castæ et pudicæ: in qua sequutus sum expositio
Celaleddini precipuè. Porrò hoc loco sermo est de coniuga
tis Liberis, quas nefas est ducere in uxores, antequã per
repudiũ seu diuortiũ separentur à propijs maritis, siue
sint Mahumetanæ, siue non. Quæ uerò castæ sunt in
Deo, uel tantquã ancillæ possidentur, etiam si habeant
maritum, possunt accipi in uxores, sed, ut ait Celal,
بعد الاستبراء: postquã mundatæ ac purificatæ fuerint.

نقص 23. Et non erit uobis peccatum &c.] Celal: اخطاها او بعثها
عليها او زيادة: id est: augendo uel minuendo aliquid de
Dote, [illegible], aut parte illius.

24. utro-

dineris ab equitate: et date mulieribus eleemosynas earum, et donum spontaneum, [i. mundum muliebrem]. Quod si liberales fuerint vobis in aliquid ex eo [i. mundo muliebri], aliquid demittentes [exortamentibus; utimini illo delectabiliter, utilite

4. Et ne detis, o curatores, stultis facultates vestras [i. facultates eorum que sunt pene vos], quas constituit Deus vobis ad sustentationem [i. ad eas conservandas]; sed alite eos ex illis, et vestite eos, et utimini cum eis verbis benignis

5. Et probate orphanos, instruentes eos in fide et moribus, donec perveniant ad coniugium. Quod si agnoveritis in eis sufficientem institutionem, tradite illis facultates eorum; neque absumatis eas prodige, et properanter, ne quod crescant in etate. Qui autem ex curatoribus fuerit diues, abstineat ab utendo facultatibus orphanorum. Qui vero fuerit pauper, [comedat illis discrete]. Quando autem tradetis illis facultates eorum, testes adhibete coram eis. Deus autem est sufficiens computator operum vestrorum

6. Viris debetur portio ex eo quod reliquerint parentes et propinqui quando moriuntur. Et mulieribus similiter debetur portio ex eo quod reliquerint parentes et propinqui, ex eo quod exiguum fuerit, sive fuerit multum; debetur illis portio determinata pro rata.

7. Et cum presentes fuerint partitioni segregatis

* Sit. comedite illud

+ Sit. et dicite dictum

+ Hic expunctum

145 Prima N

ij qui sunt propinqui, itemque orphani, et pauperes; eluginiui illis aliquid ex eo, ante partitionem: et si forte
dicitq;
oblitus hoc non tulerit eo quod sit exiguu, determinet eum eis
[illegible] dictum iustum [1. humanij uerbis hos consolamini]
8. Et timeant solliciti pro orphanis illi, qui si celin=
quant post se sobolem imbecillam, metuunt pro illa, ne
malè seueat. Timeant itaque Deum: et dicant moribun=
do [illegible] dictum salubre
9. Porrò qui comedunt facultates orphanorum iniustè, certè comedent in uentribus suis Ignem: et torrebuntq; feruore
ignis
10. Precipit uobis Deus circa filios uestros. Masculo
debetur instar portionis duarum feminarum. Quod si
fuerint tantùm mulieres, et le sint supra duas; dentur
illis due tertie partis illius, quod reliquerit mortuus.
Si autem fuerit tantùm una, det illi dimidium. Quæ=
tibus ueró eiusdem defuncti, unicuique ex eis det sexta
pars ex eo quod reliquerit si fuerit illi filius. Quod
si filius non fuerit illi, et [illegible] eius sit
parentes eius: tunc matri eius dabitur tertia pars.
Quod si fraternitatem fuerit fratres; matri eius dabitur sexta pars,
post adimpletu legatu que legauerit, aut persoluta debito
que reliquerit. Patres uestri, et filij uestri nescitis
utri eorum sint utiliores uobis. Statutum [illegible] a Deo:
+ [it. uicinioresq; uobis utilitate] [1. utiliores uobis]
porrò Deus est sciens, sapiens
11. Et uobis detectum dimidium illius, quod reliquerint
coniuges

mulierum, uel alterius ex ipsis

C. Lucius refert Mahumetum, missum se fuisse, ut Pentateuchum, et Euangelium confirmaret, seu ueritatem contineri ostenderet. Atqui in Euangelio Christus Polygamiam proscripsit, unius uxoris thorum prescripsit. Quomodo igitur confirmat Mahumetus Euangelium, qui et illis tam magnum uxorum numerum concedit, et ipse ad duas et uiginti in matrimonium ductas retinuit?

Respondebunt Mahumetani, Prophetam suum in hoc non laudem Euangelium, in quo Monogamia precipitur, sed Pentateuchum, in quo Polygamia permittitur, confirmasse: cumque inter se Pentateuchus et Euangelium in hoc discrepent, non potuisse utrumque confirmare

Sed facile conuellitur Responsio: nam ~~in Pentateucho~~ lex illa recusanda est et retinenda pro postremo loco lecta, et pro quam prima abrogata. Sed preceptum Euangelicum de Monogamia posteriis sanctioni Moysis de Polygamia debebat igitur Mahumetus in hoc non Pentateuchum, sed Euangelium confirmare; preceptum quia Polygamia nunquam preceptu in Pentateucho, sed ad summum permissu tantum fuit: at in Euangelio omnino prohibitu, ac de Monogamia lege perierat. Quoniam ueto nihil est quod magis Mahumetanos a Chri-

riana religione alienos faciat, quam libeat hec circa uxorum pluralitatem facultas ab Alcorano concessa: non ab re fuit non nulla sic contra eandem arguimenta & facis scripturis, et ea tum ratione desumpta profequi; que in Prodromi p. 1. c. 21. pag. 340. fusius tractata sunt.

Primo certum est Poligamiam Legi nature vel contrariam esse, vel non item conformem, ut Monogamiam. Deus enim a principio unam tantum feminam Adæ coniunxit: et ceteri omnes usque ad Lamech, qui primus legitur ab Adam, unam tantum uxore contenti fuerunt. Lamech vero, qui ortus est ex stirpe reprobra Cain, primus duas accepit uxores, que in illius necem mox conspirasse dicuntur; ut colligitur ex ijs verbis, quibus eius a tanto scelere detestatus est: Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Ceteri vero omnes usque ad Abraham, plures uxores habuisse non legimus. Abraham etiam, cuius se speculum Deus in astris Numerus, unam tantum sanam habuit. Et quamvis hec sterilis esset, nunquam tamen de alia ducenda cogitauit: hoc enim sine sacre inuentis Dei non poterat cognoscebat. Quod si obijcias, illum erasse Agarem habuisse: respondeo, hanc ex necessitate, ut ista dicam, ab Abraham ductam fuisse, non ex progenia electione, sed quia Sara ultro cedens iuri suo, ita illi persuasit, existimans se sic posse sine crimine sancto Ceterum ubi Sara filium peperit, electus est Agar, quam

149
S/N

quam Abrahã non vltrò cognouisse ex eo colligitur, quòd
vxorẽ Sarã dicebat, nullam aliam ex ea filiam suscepisse
legimus: quidquid Rabbini fulgerint in contrarium
delirant. Probabile autem est, id ex speciali Dei in-
stinctu factum fuisse (Deus enim est supra omnes
leges): vel quia Abrahã sibi persuaderet posse se in
eo casu licitè cum Agare coire, præsertim consenti-
ente imò volente Sara. At vbi inter illas et Hage-
ram dissidia excitari cœperunt, eiectâ est Hagar, quæ
nunquam vxoris nomen acquisiuit, sed ancillæ semper
retinuit. Duxit etiam Abrahã tertiam vxorem Ce-
thuram, sed mortua iam Sara, et eiecta, et fortasse
etiam mortua Agare. Itaque dici potest
Abrahã polygamus fuisse. Si hac moderatiõe se, et
in suis vsus fuisset Mahumetus, posset aliquo modo
se Abrahæ æquiparare. Et nihilominus non de-
fuisset sibi hanc licentiam vsurpare, postquam fuerat
à Deo et Christum reuocata. Isaac etiam vnã tan-
tum habuit vxorem Rebeccam. Iacob vnam tan-
tum accepit Rachelem. Sed cum Laban furtim Liã
illi supposuisset, eamque ipse tandẽ cognouisset,
putauit non immeritò se ad vtramque retinendã tene-
ri. Ad primam quidem quia iam eam despõnauerat:
ad secundam verò quia eam cognouerat. Quod autẽ
etiam cum duabus ancillis concubuerit; id se licitè fa-
cere posse putauit, quia nec bona prolis, cum ea

alia esset uxor; nec pacì domestice, cum eadem uxor marito ancillam ultrò concessisset, adducebat. Itaque uix dici posset etiam Iacob fuisse polygamum, nisi ex dictis. Credibile autem est ab his duobus exemplis ansam cepisse alios nonnullos duas ducendi uxores, qui tamen paucissimi fuerunt. Ita Legimus Lib. 1. Reg. 1. Elcanam duxisse uxores, Annam scilicet et Phenennam. Et fortasse imò probabilissimè duxerat Annam tantummodo. Verùm cum hic steriliy esset, ut testatur Scriptura; Phenennam, eadem Anna annuente, uel consentiente, ob bonum prolis accepit.

Porrò in Pentateucho nusquam reperimus Deum expressè et absolutè polygamiam præcepisse. Licet enim Deut. cap. 25. iusserit, si fratri sine prole obijsset, fratrem eiusdem uxorem ducere: non tamen censebat uxor fratris uiui, sed mortui, cuius etiam nomine proles nascebatur. Probabile etiam est non cadere hanc Legem in fratrem uiuum, qui aliam haberet uxorem. Imò etiamsi uxore propria careret, Licitum erat illi uxorem fratris defuncti recusare. Duplex huius rei exemplum habemus. Primò Genes. cap. 38. ubi Onan accepit uxorem Thamar fratris sui defuncti: sed ipse Onan erat reprobus. Alterum Ruth cap. 4. ubi Booz noluit accipere Ruth ad suscitandum semen fratri, seu cognato

gnato suo Machalon, quia habebat uxorem: sed accepit eam Booz item frater cognatus, qui erat celeb. Lo- set asseri in contrarium lex illa Deuter. cap. 25. qua. prœcipiebatur, ut si uir cum puella nondum despon- ta concubuisset, ad eam in uxorem ducendam teneret, ita ut nunquam dimittere posset. Duplex ad hoc potest esse responsio: prima, hunc uirum supponi esse sine propria uxore: alioquin reputatus fuisset adulter: quemadmodum si uxor cuius hominis licet soluto se pro- stituisset, adulterium perpetrasset, et consequenter tam hæc, quam ille morte digni fuissent. Secundo: et- iamsi concedamus illum habuisse uxorem; attamen in hoc Deum Legem suam dispensasse non ad utili- tatem uel commodum, sed in pœnam illius: neque ad ap- probandam polygamiam, sed ad indemnitati puellæ cō- sulendum. Cæterum hi casus rarissimi erant, et generales de Monogamia naturæ Legem non irritabant. Sed si Deuter. cap. 21. supponi uidetur uirum duas simul u- xores habere posse; cum dicat ibi: *Si habuerit homo uxores duas*: nihil tamen hoc iuuat casum Machu- metri: imò cum hinc, et aliunde e sacris Scripturis habeamus Bygamiam tantum licet alia assumptam fuisse, non debebat Machumetus uxorum turbam accede- re. Huc accedit Deum uetitis illis non præcipere nec probare Bygamiam, aut polygamiam. Sed in aliqui- bus iam introducram suppone: quemadmodum si Chin-

ceps Legem statueret, ut si quis prolem ex (Mercenice) susceperit, illam dein renecturi; non approbaret u-
xorem meretricis, sed aliam supponeret

Superest potissimum pro (Malumero argumento
in exemplo David Prophetæ sanctissimi, et Salomo-
nis illius Sapientissimi: quorum alter decem et octo,
alter supra mille † habuisse dicitur.

† partim uxores, partim concubinas

Ut ad argumentum respondeam. Suppono primo:
Deum in Deutr. cap. 17. ita præcepisse civibus Le-
gem: Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant
animum eius. Seu, ut habet Hebraice: Non multi-
plicabit sibi uxores, neque declinabit cor eius. Suppono
2.° Quoties excedit unitas dici posse plurimi multi-
plicationem, præsertim si præcedat negatio. Hæc cla-
rum huius rei exemplum habemus in antiquissimo
omnium Scriptore Homero, qui Libro 2.° Iliad. ait:
οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη: Non est bonum multorum
dominatus. Certè sic vel duos dominos excludit. Subdit
enim statim: εἷς κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς. Unus do-
minus esto, unus Rex. Imò aliquando unus excludi
etiam unus, ut apparet in iis verbis 1. Pauli 1. Co-
rinth. cap. 1. Non multi sapientes, non multi potен-
tes; et ex illis 1. Jacobi, epist. cap. 3.: Nolite plu-
res magistri fieri. Ubi colligitur ex verbis mox sequen-
tibus, omnes sapientes, potentes, et magistros excludi.
Cum igitur Deus vetuit ne Rex multiplicaret sibi u-
xores

150
6/11

dicere possumus,
uxores, [illegible] prohibuisse illi simpliciter po-
lygamiam, quę in duabus etiam uxoribus consistit
potest: quemadmodum summum quoque Pontificem
unâ tantum uxorem habere constituit. Vt patet Le-
uit. cap. 21. Regi autem specialim præcepit, ne
multiplicaret uxores, quid iam tum inolleuerat con-
suetudo, ut leges gentium, ipsęs Fœminarum posi-
derent, quod legem populi Dei neutiquam deceret.
Hij potuit: quęri potest quomodo Dauidi tot uxo-
res acciperę licuerit. Responderi potest id quidem
per se fuisse illicitum: sed Dauid licitus putasse,
persuasum cum haberet exemplum non solum Saulis,
sed etiam Gedeonis: Deum uerò in hoc dissimulasse
cumque in bona fide sua reliquisse; sicut reli-
quit Jacob quando nupsit duabus sororibus, quod a
Mahumete quoque illicitus censetur: et ipsum Dauid,
quando accepit Maacham filiam Regis Iessui et
Amici: et Salomonem, quando accepit filiam Pharao-
nis (de quo tamen scriptum eum deinde uitiope-
rat): et multos Reges optimos, qui non auferebant ex-
celsa quę fecerat Salomon, et alia huiusmodi. Hoc
pacto affirmat Christus permissum fuisse Hębreis
libellum repudij, propter duritiam cordis ipsorum,
ne uxores occiderent. Ita fortasse quia Dauid
prouulgarat in Venerem, ne in adulteria prolaberetur,
(sicut nihilominus prolapsus est) Deus cum eo dispe-

[illegible] in polygamia, nel dissimulasse contendunt, ut
Doctores plures affirmant. Sed quid quid sit, negari
nisi potest quin David [illegible] plures uxores, cum saltem decem et octo ha-
buisse conuincatur. Nec tamen post Absalonis re-
bellionem in custodia posuit, nec eas amplius cognouis-
se habetur Lib. 2. Reg. cap. 20. Quo tempore
probabiliter dici potest eum psalmorum librum + scrip-
sisse: quia, ut Hebræi ipsi fatentur, spiritus prophe-
tię a Venere quamuis licita, alienus est. Et ideo
Moyses non solum unam tantum habuit uxorem: sed
ex quo a Deo propheticum munus accepit, non amplius
eam cognouit. De aliis uerò Prophetis uel nulla fit
mentio quod uxorem habuerint, uel unam tantum ali-
quos habuisse colligitur. At Salomone non est dubium
quin tam in qualitate, quam in numero uxorum enor-
miter peccauerit: neque Sacræ ipsæ Literæ sinunt nos
de hoc dubitare, cum illius incestum grauissimè
reprehendant. Hæc sunt quæ pro sua sanctione, seu potius
Libidine tuenda adducere potest Mahumetus, qui
tanquam Scarabæus immundus a floribus refugiens, ad ster-
cora diuertit accessit. Sed contra ipsum sabemus

Primò, Deum ab initio coniugium cum unica uxore
instituisse: et ita a primis illis patribus per multa secula,
et deinceps fere ab omnibus usque ad Christi tempo-
ra obseruatum fuisse. Nam si Scripturæ perscrutamur,
inuenie-

+ Saltè magna ex parte

inuenienus omnes fere S. Patres, ut Noe, Isaac, Joseph, Moysen, Josue, Tobiam, Jacobum, unam tantùm uxorem habuisse. Fatio uerò utrum decem polygamiam in universis Sacrij Libris legant, sed plerique impij et sectarij

Secundò: Modus loquendi Scripturarum semper denuit unicam uxorem uiro decere. Genes. cap. 2. Relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Cum uerò de uno alijsque uiro dicitur est, fere semper additur uxor eius: uxores eius, nisi in quibusdam regibus gentium impijs, qui sequentes Ethnicorum Principum exemplum, uxorum, et pellicum greges amauerunt

Tertiò. Ethnici ipsi, et idolorum cultores, naturæ lumine ducti, uxore unica contenti fuere. In ipsis Sacrij Literis Abimelech, Putiphar, Haman, Pilatus, alijque infideles uxorem unicam habuisse legunt. Romanique, Græci, et alij nationes cultiores a polygamia abstinuisse certum est. Imò et animalia rationis defectu, qualia sunt volatilia, monogamiæ tenacissima esse deprehenduntur.

Quarto: Cum contractus debeat esse mutuus; si mulier, ut ait D. Paulus, sui corporis potestatem uiro tradit; uir quoque sui corporis potestatem mulieri tradere debet: quare nō potest alij fœminæ illud concedere

Quinto. Quia sicut non potest una fœmina plures uiros habere, ita non debet unus uir plures fœminas obtinere:

tum enim repugnat, unum corpus habere plura capita, quam unum caput multa corpora gubernare. Sid autem, ut ait S. Paulus, est caput mulieris, et per consequens mulier erit caput viri.

Sextò. Cum tres precipui ac primarij sint fines matrimonij: nimirum procreatio prolis, remedium concupiscentiæ, et bonum Societatis: polygamia potius nocet quam prosit ulli ex his finibus. Quod prolis procreationem, si utilis vel necessaria esset uxoris sterilitas, certè Deus illam non solùm concessisset, sed præcepisset Abr, et primis illis hominibus, ut maximè necessaria videretur eorundem multiplicatio ad replendam terram, iuxta diuinum præceptum: Crescite, et multiplicamini, et replete terram. Et tamen tum illa, quam eius posteri plures secula una tantus uxores habuere. Huc accedit sicut in cæteris rebus, ita etiam in procreatione prolis moderationem requiri: nimia enim multiplicitas potius officit, quàm prosit bono generis humani. Quod ueró mirabilius est, ut ex Christianis quasi fere pars se Deo consecret, et celibem uitam ducat, cæli-

que

qui uicè unam tantùm uxorem habere possint, uix tamen inuident multitudinem et frequentiam ipsis Mahumetanis. Extremè obscenatum est multitudinem uxorum potius obesse, quàm prodesse generationi. Ostendit Mahumetani ipsi docti exemplo Escudo propheta sui, qui cum uiginti ac duas uxores habuisset, quamtumuis salacissimus esset, nullam tamen prolem uiri ancilla Cophta dia
præter Phatemã, quæ aliquot annis post matrem eius extincta est. + Et hadem soy fuit aliquantisper quos et Hadige acquisiuit. 151 7/11

Quod spectat ad secundum finem, nempe, generationis concupiscentiæ, huic etiam uxorum multitudo uidetur opponi: Veneres enim delectationes sunt uelut aquæ, quæ quò plus sunt potæ, plus sitiuntur. Dauid ac Salomon cum tam magno uxorum numero, in ea flagitia prolapsi sunt, quæ de alijs subsequentibus regibus unicâ tantùm, uel paucioribus uxores habentibus non legunt. Et Mahumetus etiam cum uiginti ac duabus uxoribus, ab adulterio cum uxore Zaidi, et ab alijs flagitijs non abstinuit. Luxuriosius illa fœminarum est uelut copia ciborum, quæ præsentium nauseã affert, absentium famem excitat. Mahumetani cum tot uxoribus, adeo propriam non explent libidinem, ut non solum in alienas fœminas, sed quod omnibus notum est, in pueros et adolescentes quantum dici potest, insaniant.

Si ueró de tertio fine, nempe de bono societatis, ne
Domestice pacis loquamur, amens omnino esset, qui il-
lum magis pluralitate uxorum, quàm unica tantus
coniuge obtineri posse pronunciaret. De Mahume-
tis quidem hoc concedit: sed tamen excusat se auth-
ritate Dei affirmantis uelle se diligere Mahume-
tanos & uiam a Prophetis calcatam, et dedere illis
suauem ac facilem legem suam, quippe qui sciat
hominem fragilem esse et imbecillum, nec posse, ut
explicat Gelal se a concupiscentijs feminarum solide-
re. Verùm non ignorabit lex Dei, quando & Chri-
stum legem Euangelicã Mundo tradidit. Sed ni
nisi & summum mendacium appellat Mahumetus
polygamiam institutum eorum qui fuerunt antea,
nempe Prophetarum; cum paucissimi præsertim ex
Prophetis præcedentibus plures uxores habuerint.
Quod uerò attinet ad humanam fragilitatem, et im-
potentiam se se a fœminis cõtinendi, Mahumetus
omnes a semetipso metitur. Vniuersi homines præ-
terea Lamech, ab Adam usque ad Abraham, quantus
ex Sacris Literis colligitur, unicâ uxore contenti fue-
re: et deinceps plerique omnes generis humani mo-
nogamiã coluisse ex historijs habemus. Porrò si hæc
hominis fragilitas ad legem naturæ atque ipsius
Dei abolendam satis est: poterat ob eandem ratio-
nem concedi furtum præsertim strabibus furacissimis,

et ad

et ad vagina propensissimis. Neque enim aspicit patio aut non potuit etiam in hoc Deus suam Legem dispensare

Huc accedit, quod uel Mahumetus dedit Legem melioren Lege Christi, uel æquè bonam, uel peiorem. Non melioren, quia nihil in ea perfectionis repperit, quod in Euangelio non inueniatur. Non æquè bonam, quia in tam loc negotio uxorum, ex confessione etiam Mahumetistarum est Lex Christi. Sequitur ergo deditse peiorem. Hoc ueró est contra id, quod Mahumetani Doctores communiter affirmant in explicatione superius allato uerborum illorum Deuteron. cap. 33: Dominus de Sinai uenit, et de Seir ortus est nobis &

Potest præterea hoc argumentum fieri contra Mahumetum. Præcipit ille suis, si timuerint ne cum pluribus uxoribus æquitatem seruare possint, ut accipiant unas tantùm; uel utantur ancillis suis. At infernus § 128. asserit, nullo modo posse uiros inter multas coniuges æquitatem seruare, etiamsi multùm cupiant, ita ut non inclinent maiori propensione in unam quam in aliam: ergo etiam secundùm Legem Mahumeti una tantùm uxor ducenda est: aliquin uir semper manebit in occasione recta, et proxima peccandi. Sic Mahumetus saltem uelut turpiter stercore suo

Quod uerò huic malo mederi uelit coniugio ancillarum, nihil agit: de ancillis enim eadem ratio militat, ac de Liberis. Quæritur inter eas, utpote uilio-

cis conditionis, iuniores circe, et emulationes suscitabunt, quemadmodum inter infimæ plebis mulierculas quotidie experimur. Adde, ancillam, cum a domino suo assumitur in coniugem, acquirere sibi libertatem. Hinc Deuter. cap. 21. præcipit Deus, mulierem captiuam, si ducat in uxorem, haberi et tractari tanquam liberam. Sed Mahumetus ancillas innumeras assumendas et multarum compotandas esse curauit. Matrimonium tamen cum ancillis, semper in ingenuis citra peccatum fuit. Sed minus iam ad alias præclaras, quæ in sacra scriptura leguntur sanctiones

† sa pa

2. Quòd tutores diuites nihil mercedis accipiant ex bonis orphanorum ratione tutelæ et laboris sui: pauperes autem accipiant iustam compensationem: non uidetur æquitati conuenire. Nulli neganda est merces laboris sui, siue diues sit, siue pauper. Merces enim personam non respicit, sed operam. Si autem diues nihil pro suo labore et incommodo recipere potest de bonis orphanorum; ne pauper quidem potest, nisi in extrema, uel saltem graui necessitate constitutus: præsertim cum orphanoy siue bona eius absumat pauper, siue diues, idem damnum recipiat: esto possit diues et fortasse laudabilius ultrò mercedem sibi debitam condonare.

3. Vt nimis rigidus est Mahumetus in sanctionibus suis contrà fœminas adulteras, sic fortassis: ita nimis benignus ac mollis est erga mares nefandi sceleris reos. Illas iubet perpetuò carceri damnari, hos

quo

quo liberari non possint, nisi uel moriantur, uel Deus
aperiat illis uiam exeundi, quę iuxta Selalem et ali-
os expositores, aperta fuit & aliam Legem, ut nimi-
um coniugate Lapidibus obruerent: puellę ueró cen-
tum ictibus flustigate & sed annum exules essent a
patria. Fateor apud omnes nationes tam adulterio,
quàm stupro grauissimas pœnas esse constitutas. Sed
cum Mahumetus appellauet se رسول الرحمة
Legatum misericordię: imò absolutè الرحمة
Misericordiam, debuit aliquanto leniorem se in misceas
fœminas ostendere, præsertim cum Christi Domini ha-
beret exemplus, qui mulierem in adulterio deprehen-
sam adeò benignè absoluit. Quod ueró mirum est, nul-
lam hic uiris adulteris, ac stupratoribus pœnam bonus
Legislator imponit: nimirum se ipsum, qui si in fla-
gitijs erat inuolutus, condemnare nolebat. Ingrediens
ueró Libidinis reos, quos Leges omnes, et præsertim diui-
nę supplicio extremo adiudicant, adeo humaniter tractat,
ut nefarium hoc scelus approbare potius, quàm damnare
uideat. Nihil enim aliud præscribit ad illius pœnam, ut
supra uidimus, quàm reprehensionem aliquam, uel conuicia
uerborum. Quid Lenius præscribere posset in pœnam
illius, qui coram alijs immodestius se iactando, uel tus-
riendo gessisset? Et nihilominus cum nimis rigidum
in huiusmodi exoletos se fuisse existimaret, præcepit,
ut, si pœnitentiam facti ostenderent, ne uerbo quidem

152

puniverit, sed eorum flagitium omnino dissimulaverit.
nam Deus, inquit, est indultor, misericors. Videlicet, in
misericors, ut propter hoc scelus quinque celeberrimas u-
bes cœlestibus flammis in cineres redegerit cum habita-
toribus suis. Verùm cùm Deus ita in hos indultor ac mi-
sericors, in mulieres tam rigidum ac severum se se osten-
dit, cum hę ob sexus fragilitatem, maiorem misericordiæ
merentur? Zeletyfia Leges Mahumeto dictabat pro le-
gibus: Libido et Luxurie pro moribus*. Vide Prol.
Erant hic alia quędam censoria nostro castigan-
da: ut § 17. ubi ait, non esse pœnitentiam pro iis qui-
bus advenit seu presens est mors: semper enim data
Locus pœnitentię hominibus donec anima separata cor-
pore. + § 18; ubi concedit repudium, contra Evange-
licum præceptum. + § 20. ubi permittit Mahumetanis
Neophytis retinere uxores patrum suorum: et nihil
ominus affirmat coniugium hoc flagitiosum esse ac
detestabile. + Idem ubi concedit viris accipere filias
uxorum suarum ex altero marito, dummodo nondum
cum illis matrimonium consummaverint: quod nunc
est contra debitum honestatis; præsertim si post
acceptas filias, cum illis, ac matribus earum copu-
lentur. Quod certè non excipit, nec curat Mahume-
tus, sed satis ei est, ut non coierint cum illis antea.
Certè hoc flagitiosius est, quàm duas sorores in matri-
monium ducere; quod tamen quilibet Mahumetes
ut illi-

* Vide Prol. p. 4. c. 2. pag. 6.
et cap. 26. pag. 70.
+ Vide Prol. p. 4. cap. 26. pag. 73.
Circa repudium vide Prol. p. 4. cap. 20. de hanc ipsam refutationem.
Ibid. pag. 92.
75.

ut illicitum. Quod ueró Jacob duas sorores simul duxe
rit, nequit contrà Mahumetum, non omnia quæ fecerunt
Prophetæ, seu antiqui patres, ipsa ac se laudabilia, uel
imitanda. † § 21. ubi concedit Mahumetanis nec Syris
petineie posse uxores, in statu Schismatis acceptas etiam
si essent propriæ matres, filiæ, uel sorores: quod ab om-
ni abhorret humanitate. † § 22. ubi concedit ut licitum matrimonium Mahumetani cum ancilla Mahumetana, cuius maritus adhuc uiuat: quod certè iuxta Euangelicam legem manifestum est adulterium. Ibidem ubi dicit adulteram seu fornicariam si sit seruili conditionis, mitius puniri, quàm ingenuam. Atqui omnes Leges (quantum obscuare potuit et natura ipsa dictat) præcipiunt ut idem crimen æquius ac seuerius in seruo, et uel plebeio, quàm in libero, uel nobili uindicetur. § 25. ubi asserit, sanctiones suas de fœminis et matrimonijs, obseruatas fuisse a præcedentibus fidelibus, nempe ab Israelitis: quod iam est apertum mendacium. Et denique § 26., ubi, iuxta Glossam Selalis, Judæos et Christianos, sectatores libidinum seu concupiscentiarum appellat. Sint tales Judæi: at Christianis manifestum est hoc infertum iniquitati, quàm Mahumetani, qui uxorum gregibus non contenti, inter masculas scorta tanquam mares in luxu assiduè uolutantur? Verùm satis sit Legi innuisse

† Vide Prodr. p. 4. c. 20. pag. ~~127~~ 66. ubi etiam agitur de gradu collaborantis dirimente confici à Mahumetano

Sextus Accorani

28. O qui credideritis, ne absumatis opes uestras inter uos cum uanitate [i. uanitè]; nisi fuerit mercatura ex mutuo consensu inter uos. Neque occidatis uos ipsos; quippe Deus est uobiscum misericors. 29. Qui autem fecerit hoc & transgressionem et iniquitatem; mox conjiciemus illum ustulandum in Igne: hoc autem erit apud Deum facile.

30. Si declinaueritis à peccatis grauibus, id ego Sibi mini uobis: expiabimus, a uobis malas uestras; et introducemus uos in Laudisum ingressu honorifico.

31. Et ne concupiscatis id, quo Deus excellere fecit alios uestrum supra alios. Viris dabitur portio de illis quod operati fuerint: et mulieribus portio de illis quod operatæ fuerint: et petite a Deo de liberalitate eius: nam Deus in omni re sciens.

32. Et unicuique constituimus propinquos, quibus relinqui possit aliquid ex eo quod reliquerint parentes et cognati in morte de facultatibus suis. Et illis, quibus se obstrinxerint dextræ uestræ & iuramentâ tempore Et Iniciami, date portionem suam de hereditatis: nam Deus est super omnem rem testis.

33. Viri a stabunt supra mulieres in eo, in quo Deus fecit excellere alios eorum excellentes supra alios [i. eo supra illas], et in eo quod erogauerint in illas de facultatibus suis. Igitur Proinde, obedientes sint, custodientes scientes eo quod

a. stantes erunt

eò quòd custodierit illas Deus, commitendo cum uiris earum. Quarum ueròrimueritis protecuiam, corripite eas, et ponite eas separatim in cubilibus, et uerberate eas. Quod si obedientes fuerint uobis, ne quaeratis contra eas uiam [i. ne uerberetis eas]: quia Deus est excelsus, magnus.

34. Quod si timueritis scissuram inter eos duos [marito scilicet et uxorem], aduocate iudicem de familia eius [i. mariti] et iudicem de familia eius [i. uxoris]. Si hi iudices uoluerint eos pacificare, faciet Deus concordiam inter illos [i. coniuges]: nam Deus est sciens, peritus.

35. Seruite itaque Deo, neque associetis ei quicquam: et exercete cum proximis beneficentiam, et cum propinquis, et orphanis, et pauperibus, et uicino cognato, et uicino aduena, et socio a latere [seu latrone]: et filio semitae [i. uiatore], et captiuis quos possederint dextera uestra. Nam Deus non amat eum, qui sit superbus, iactabundus.

36. Qui auari sunt, et praecipiunt hominibus auaritiam, et abscondunt quod dedit illis Deus de liberalitate sua, uel illis: et praeparauimus infidelibus poenam ignominiosam.

37. Et qui erogant in eleemosynas facultates suas ostentationis hominum, et non credunt in Deum, neque in diem nouissimum, et cui Satanas est socius: o malum et nefandum sociorum!

b habenti cognatione [seu consanguinitate]

38. Et quidnam mali ~~erit~~ <u>erit</u> super eos, si credide-
rint in Deum, et diem nouissimum, et erogauerint eleemo-
sinam ex eo quod elargitus est illis Deus? Et Deus
~~iustitiæ~~ illos ~~nouit~~ cognoscet
39. Certè Deus non tractabit iniustè <u>ullum</u> nequidem
<u>quantum est</u> pondus formicule ~~ullum~~ ~~nequidem quantum~~
~~est~~. Et si fuerit bonum quod fecit, quantum est pondus
formicule, duplicabit illud, et dabit a conspectu suo
mercedem magnam
40. Et quomodo <u>fabebunt</u> se <u>infideles</u>, cum adduxe-
rimus ex omni gente testem <u>contra eam</u>: et adduxeri-
mus te o Mahumete, contra hos [i. Arabes] testem?
41. Die illo desiderabunt qui fuerunt infideles, et
non obedierunt Legato, ut coequet cum ipsis terra: et
non abscondent a Deo factum ullum.
42. O qui credideritis, ne accedatis ad orationem cum
ebrij estis, donec cognoscatis quid dicatis: neque pollu-
ti semine, nisi iter agatis, donec abluamini. Et si fu-
eritis egroti, aut in itinere, aut uenerit aliquis uestrum
a latrina, uel attrectaueritis mulieres, nec inueneritis a-
quam; accipite puluerem ~~pulueriem~~ subtilissimum bonum [i. mundum], et abstergite fa-
cies uestras, et manus uestras: quippe Deus est indul-
gens, condonans
43. An non animaduertisti illos, quibus tradita fuit
pars ex libro [i. Pentateuchus]? Vendunt curorem
cum curore, et emunt ut abstineatis a uia recta: et

Ep. narrationem [i. aliquid narrabile, uel referibile]

transfodi uiz.

156
12/M

Deus

Deus optimè nouit inimicos uestros: et Deus est sufficiens, patronus: et Deus est sufficiens adiutor.

b. est scientissimus inimicos uestros: et sufficit in Deo patroney: et sufficit in Deo adiutor b. et non obediuimus

A4. Ex Iudeis quidam immutant uerba Lentateuchi de Mahumeto a Locis suis: et dicunt Mahumeto, cum precipit eis aliquid: Audiuimus, sed nolumus obedire: et audi non factus audire: et respice nos: implicando uerba linguis suis, et proscindendo religionem illius. Et si quidem ipsi dixerint: Audiuimus, et obedicmus: et audi, et intuere nos: utique melius erit illis et rectius. Sed maledixit illis Deus propter perfidiam suam: itaque non credunt nisi pauci

c. obediuimus

A5. O uos quibus traditus fuit liber Lentateuchi credite in Hiouannē, quem demisimus confirmantē Lentateuchum, quem habetis uobiscum; antequam delemus facies, et reddamus illas iuxta exitus posteriora earum: aut maledicamus eis sicut malediximus Sociis Sabbathi: et fuit imperium Dei effectum

A6. (Certè) Deus non ignoscet, quòd tribuat illi socium alius Deus: et ignoscet quodlibet aliud peccatum, quod fuerit preter hoc, cui uoluerit. Et qui tribuit socium Deo, iam porrò confingit iniquitatem magnam

d. associet in Deo

A7. An non considerasti eos, qui iustificant seipsos? Atqui Deus iustificat quem uult: et non tractabuntur iniquè homines ab eo silui

A8. Respice, quomodo confingunt contra Deum mendacium: et in hoc est iniquitas satis manifesta.

e. de sufficiency et in hoc iniquity manifesta.

47. An non animaduertisti ad eos, quibus tradidit suis
suis ex Libro [i. Pentateucho]. Credunt in Iebet, et
Iagut: et dicunt de ijs qui sunt infideles: Hi magis
Directi sunt quàm qui crediderunt in Mahumetum,
in uia ueritatis

50. Isti sunt, quibus maledixit Deus: illi uerò, cui
maledixerit Deus, nullo modo inuenies adiutorem.

51. An erit illis portio Regni, cum ipsi non dent
hominibus quid.

52. An inuident hominibus id quod dedit illis De-
us de liberalitate sua? Etiam iam quidem tradi-
dimus familiæ Abrahæ Librum, et Sapientiam: et dedi-
mus eis Regnum magnum

53. Et ex ipsis quidam crediderunt in eum [i.
Mahumetum]: et ex ipsis auersi sunt se
longè ab eo: sed sufficiens est in gehenna incen-
dium ad pœnam eorum

54. Certè qui non crediderunt in signo nostro,
mox conijciemus eos ustulandos in ignem. Quoti-
escunque proba uerit fuerint pelles eorum, mutabimus
eis pelles alias, ut gustent tormentum: nam Deus
est præpotens, sapiens

55. At uerò qui crediderunt, et fecerunt recta, intro-
ducemus eos in Hortos: subtus currunt
ipsos flumina:
ibi manebunt in eis sempiternè: habebunt in illis uxores
purificatas: et introducemus eos in umbram iugiter

obum-

obumbrantem.

16. Dixit Deus præcipit nobis, ut redditis creditoribus a. a. ad familiam
quibus debentur: et [illegible] cum iudicabitis inter homines, ut eorum
iudicetis cum iustitia: et o quantum Deus admonet
nos de Loc! quippe Deus est audiens, videns

17. O b Fideles, obedite Deo, et obedite Legato, et b. qui credidistis
c ijs qui inter nos sunt cum imperio. Quod si discor- c. prædictis imperio inter nos
des fueritis aliqua in re, rejicite illam ad Deum,
et Legatum, si creditis in Deum et diem nouissimum.
Hoc melius erit et longe tius ad consecutionem illius, d. interpretationem?
quod optatis

18. An non cognouisti ad eos, qui affirmant se cre-
dere in librum, qui traditus fuit tibi, et in eos qui demissus fuit
traditi sunt ante te. Volunt iudicari coram Se- ad te et demis-
sus fuit ante te
gut: et iam præceptum est eis, ne credant in illum.
Sed uult Satanas seducere eos cum longinquo a uia
ueritatis

19. Et cum dicit illis: Venite ad librum quem demisit
[illegible] Deus, et ad Legatum: uidebis impios recessu-
[illegible] se se a te recedentes

60. Et quomodo se gerent, cum incideris illis in-
fortunium propter peccata, quæ præmiserunt
manus eorum? Tunc uenient ad te, iurantes Deus
ac dicentes: Si uoluimus aliud, quam benefacere, et
concordiam ponere inter partes discordes

61. Hi sunt, quorum [illegible] nouit Deus quid

157

Prima/ 6

sit in cordibus eorum:
Dic eis ~~de iustis~~. ~~remanendum penitentiam~~ vt animabus
eorum dictum penetrans [2. quod penetret ad animas eorum]
62. Et non misimus vllum Legatum, nisi vt ob-
diret illi ex voluntate Dei. Quod si ipsi post-
quam inique tractauerint animas suas, venerint ad
te, et precati fuerint veniam a Deo, et precatus fue-
ris ^veniam pro illis Legatus ~~pro illis~~, profecto inuenient Deum
propitium, misericordem.
63. Et nequaquam, Dominus tuus, nequaquam
credent, donec iudicem te constitutum in eo quod co-
troversum est inter eos: tum non inuenient in se
ipsis dubium circa id, quod decideris: et requiescent
tibi assentiendo
64. Et si quidem nos præscripsissemus illis licen-
tes: Occidite vos ipsos: vel, egredimini de domi-
bus vestris non fecissent hoc, nisi pauci ex ipsis. Et
si ipsi fecissent id, ad quod exhortati sunt, certe fuis-
set melius illis, et efficacius ad stabilimentum in fide
65. Et ^certe dedissemus eis a conspectu nostro
mercedem magnam
66. Et certe diuexissemus eos in viam rectam
67. Et qui obedierint Deo, et Legato, si erunt cum
illis quibus beneficius fuit Deus, ~~remanebunt~~ ex Prophetis,
et ^Martyribus et sanctis a probis: et si quis eorum habebunt socios
68. Hæc erit sibenditas a Deo: et ~~sufficiens~~ sufficiens
est

148. Quia igitur iniuriam fecerunt]. Cum nihil sit quod res-
pondeat particulæ causali quia tam in hoc quàm in sequenti-
bus uersibus: subintelligendum putat Telal للعناد ma-
diximus illis

149. Et dixerunt contra Mariam]. Vide circa hoc su-
pra de Maria.

150. Et nullus est ex Scripturalibus] duplex est hic Mo-
lemorum expositio. Alij enim referunt, mortem suam, ad
Scripturales, vt sensus sit: Nemo est ex Scripturali-
bus, (Iudeis scilicet et Christianis) qui antequam moriatur, no
credituus sit in Iesum. Et hæc est communior expositio.
Alij uerò referunt, mortem suam, ad ipsum Iesum: vt sen-
sus sit: Nemo est ex Scripturalibus, qui non credituus sit
in Iesum, antequam moriatur ipse Iesus, quando iterum
redibit in mundum. Nam pronomen Arabicum ه affixum
ـهِ مَوْتِ, æquè bene potest referri ad utrumque, nem-
pe ad Iesum, et ad Scripturales: utrique potest, mortem
suam, et mortem eius. Sed audiamus Expositores, cum
hæc res non paui momenti esse uideatur. Telal: قبل موته
اى الكتابي حين يعاين ملايكة الموت فلا ينفعه ايمانه او قبل موت عيسى لما ينزل قبل

الساعة كما ورد فى حديث: *Ante mortem suam, scilicet Scripturalis, quando inuebitur Angelos mortis: Sed nihil prodeuit ei fides sua. Vel ante mortem eius, scilicet Iesu, cum redibit in Mundum ante diem Iudicij, ut habet ex traditione.* Julian قال قتادة قبل موته يعنى قبل موت عيسى اذا نزل: وقال السدى لا يموت منهم احد حتى يؤمن بعيسى انه عبد الله ورسوله فلا ينفعه ذلك عند معاينة ملك الموت: *Dixit Corada: Ante mortem eius, i. ante mortem Iesu cum redibit in mundum. Et dixit Al Saddius: Nullus morietur ex ipsis Scripturalibus, donec credat in Iesum, quòd sit seruus Dei, et Legatus eius. Sed nihil prodeuit ei hoc, quando iam oculis uidebit Angelum mortis.* Zamchascerius, alios referens Authores: والمعنى وما من اليهود والنصارى احد الا ليؤمنن قبل موته بعيسى بانه عبد الله ورسوله يعنى اذا عاين ملك الموت قبل ترمق روحه حين لا ينفعه ايمانه لانقطاع وقت التكليف: وعن شهر بن حوشب قال لي الحجاج ان اليهودي اذا حضره الموت ضربت الملائكة دبره ووجهه وقالوا يا عدو الله اتاك عيسى نبيًّا فكذبت فيقول امنت انه عبدٌ: ويقول للنصراني اتاك عيسى نبيًّا فزعمت انه الله او ابن الله فيؤمن انه عبد الله ورسوله حيث لا ينفعه ايمانه: وقيل الضميران يعنى بمعنى وان منهم احد الا ليؤمنن بعيسى قبل موت عيسى وهم اهل الكتاب الذين يكونون فى زمان نزوله من السما فى اخر الزمان فلا يبقى احد من اهل الكتاب الا يؤمن به حتى يكون الملة واحدة وهى ملة الاسلام ويهلك الله فى زمانه المسيح الدجال وتقع الامنة حتى يرتع الاسود مع الابل ويلبث فى الارض اربعين سنة ثم يتوفى: ويجوز ان يريد انه لا يبقى احد من جميع اهل الكتاب الا ليؤمنن به على ان الله يحييهم فى قبورهم فى ذلك الزمان ويعلمهم نزوله وما انزل له ويؤمنون به حين لا ينفعهم ايمانهم وقيل الضمير فى به يرجع الى الله:

نبيًّا *sic*

173
5/8

Verba Alcorani significans, nullum fore ex Iudeis, et Christianis, qui ante mortem suam non credat in Iesum, quod sit ser-

uus

uus Dei, et Legatus eius. Hoc autem euenier, cum inuestitud
Angelum mortis, antequam efflet ultimum spiritum: at non
prodeuit ei fides sua, eo quod abscisum sit tempus operan-
di. Et ex dicto Sciatari filij Chausebi, Sabetud dixisse ei
Hagiagum: Cum aduenerit mors Iudeo, percutient Angeli
dorsum eius, et faciem eius: et dicent: O inimice Dei,
uenit ad te Iesus "manifestè", et non credidisti in eum. Et
respondebit: Credidi eum esse seruum. Dicentueró Chri-
stiano: Venit ad te Iesus "manifestè", et existimasti eum
esse Deum, uel filium Dei. Tunc uerò credet illum esse
seruum Dei, et Legatum eius, quando nihil prodeuit ei fi-
des sua. Alij dicunt sensum uerborum Alcorani esse;
ante mortem eius, i. ipsius Iesu: nimirum, nullum fore
ex Scripturalibus eo tempore, quo Iesus redibit in
mundum, qui non credat in eum, antequam moriatur ip-
se Iesus, qui, ut fertur, descendet e Cælo in nouis-
simo tempore, nec remanebit ullus ex Scripturalibus,
qui non credat in eum, ita ut futura sit una tantum
religio, nempe Islamitica, seu Musumerana. Et
perdet Deus tempore eius Antichristus: et erit pax
et securitas tam magna in terra, ut leo pascatur cum
camelo. Mouabitur autem in terra quadraginta an-
nos, deinde morietur. Potest etiam esse sensus, nul-
lum ex omnibus Scripturalibus remansurum, qui non
credat in eum, quatenus Deus uitam tribuet illis intra
sepulchra eorum eo tempore, et notum faciet eis de-

"forte: prophetice"

sensum eius e Gelo, et id quod conceptum est ei: et credes in eum, quando nihil eis prodesset fides eorum. Alij dicunt, (in eum) non ad Iesum, sed ad Deum. Et aut sensus sit, nullum fore ex Scripturalibus, qui ante moriem suam non sit credituus in eum. Hactenus Iam Lascenius.

159. Prohibuimus eis res bonas] Explicat Gelal.

لا ذي ظفر omne animal quod habet ungulam: nimirum ungulam non fissam

160. * Qui stabiles sunt in scientia] Inter Sofenumerat Gelal. عبد الله بن سلام Abdallalum filium Salami, qui licet esset Iudeus, fauebat tamen Mahumeto: et postea fuit unus ex confarcinatoribus Alcorani, una cum Sergio et Bahira Christianis

* Stabilibus

Refutationes.

1. Mahumetus homo mulierosus, satis solicitum, et acuratè dixit se in negotio feminarum non secus ac si ageretur de pupillis oculorum suorum. Nihilominus inter plures ineptias, et insanias, illud habet sani, quod licet uiri multum conuenirent, nunquam tamen equales esse poterunt in amore circa plures uxores. Ex hoc uero conuincitur, non recte, imo peruerse illum polygamiis suis concessisse, cum non possint in eo citra peccato iniustitie, inequalitas uxores amando, ex maiorem ad unam quàm ad aliam inclinationem. [illegible] quam ipse mer sacrosanctum

nullo modo posse euitari.

1. Dilectus non solùm permittere cum Moyse, sed etiam approbare, et commendare diuortium contra præceptum Christi, dum absenit Deum adundè subministraturum tam uiro repudianti, quàm femine repudiare, eo quòd ad uitæ commodè transigendam requirantur. Porrò repudium ex sua natura illicitum esse, satis constat ex illis uerbis Christi: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Sed circa repudia, uide Prodr. par. 4. c. 20. pag. 414. 419.

3. Recoquit eandem, dum fabulatur Iudeos petijsse a Moyse clarã Dei uisionem: ideoque fulgure ictos et cæsos, mox ad uitam reuocatos fuisse. Cum autem legem recipere detrectarent, Deum eleuasse montem Synai super capita eorum, quasi eos oppressurum, nisi legem suam acceptarent. Hæc omnia iam superius tanquam figmenta, et mendacia, Pentateuchi testimonio reiecimus. Huic simile est illud, quod habet de calumnia Iudæorum contra Mariam, tanquam adulterij, uel stupri ream: quod Euangelio priorum prorsus repugnare dignoscitur.

4. Negat Christum uerè passum, et crucifixum fuisse: sed pro eo Imaginem, seu effigiem ipsius obiectam Iudæis in alio homine, quem uerè illi crucifixerunt, et occiderunt. De hoc enim supra non nulla dicta sunt: sed hic ex professo illum confutandum suscepi. + Constat Diabolum, in Alcorano omnium fere prætereuntium hæresum fœcem congessisse. Et quemadmodum Christi diuinitatem cum Ario oppugnauit: ita et ueram eiusdem passionem, et mortem cum Ma-

+ repetens multa quæ in Prodr. p. 3. c. 19. pag. 83. et seq.

nicheis, Marcionitis, et alijs huiusmodi monstris negauit. Nihil
quippe illi tam odiosum, et graue est, quàm Christi mors
et passio, & quam illius regnum destructum, et humanus
genus ab eius tyrannide liberatum, et eum ad salutem ob-
tinuit. Quam uerò stulto, et contra omnem rationem, et ue-
ritatem huiusmodi heresis sit, sequentibus argumentis cla-
rè demonstratur.

174 6 P. 1. Quatuor Euangelistæ omnes apertissimè, et absque ullo
uerborum ambage, Christum passum, crucifixum, ac mortu-
um fuisse affirmant: aliumq; pro eo suppositum fuisse
existimandi ansam nullam nobis relinquunt. Idem pa-
tentissimè, ac meridiana luce clarius testantur li-
bri omnes Testamenti noui, in quibus nihil frequentius,
nihil certius, nihil clarius, quàm Christi passio, crucifi-
xio, et mors in cruce proponitur. Itaut summæ demen-
tiæ, sit de hac ueritate uel tantillum dubitare.

2. Legunt sacras Scripturas, Scriptores omnes cuius-
cunque nationis, qui inter Christianos floruere, et præ-
sertim S. Patres, ab ipso Apostolorum euo ad hæc usque
tempora (si paucos illos qui contrarium docuerunt in-
sanissimos homines excipias) Christum uerè passum, cruci-
fixum, et in cruce mortuum affirmauerunt

3. Indubitatum semper hoc idem fuit apud Christia-
nos Orthodoxos, et etiam apud plerosque Hæreticos:
et hodie nullo Christianorum ritu uel secto, illud
in dubium reuocat. Idem affirmat, et confirmat Ismael
filius

filius Aly; de Christianis temporis sui, in Cap. de gen-
te Christianorum, sic scribit: واتفقت النصارى على ان المسيح قتله
اليهود وصلبوه وانه بعدان قُتِل وصُلب ومات عاش وراى شخصه شمعون الصفا
وكلمه واوصى اليه ثم فارق الدنيا وصعد الى السماء. Et concorditer te-
nent Christiani, Christum occisum et crucifixum fuisse
a Judæis: et postquam occisus, crucifixus, et mortuus fuit,
revixisse, et apparuisse Simoni Petro, et alloquutus fu-
isse eum, et legasse ei testamentum suum (nimirum
constituisse eum Vicarium suum in terra): deinde dis-
cessisse ab hoc mundo, et ascendisse in Cælum. Hactenus te-
stis Mahumetanus. Et unè in symbolo fidei, quod Apo-
stoli ipsi tradiderunt; et Christiani omnes & totus terra-
rum orbem ab eorum tempore ad hanc usque diem te-
nent et profitentur, inter alia habetur de Christo, quod
sit passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus et se-
pultus. In symbolo quoque Niceno, seu Constantino-po-
litano, quod Christiani omnes recipiunt, habetur: Cru-
cifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, et
sepultus est

4. Hoc ipsum testatur, quod Christiani semper Cru-
cem venerati sunt: et Christi crucifixi imagines pec-
petuò in templis, in domibus, aliisque in locis, præce-
tim magis conspicuis coluere. Loca etiam illa, in qui-
bus passus, crucifixus, mortuus, et sepultus est, præci-
pue semper honore venerati sunt. Qui autem nunquam
fecissent, neque facerent modo, si Judam, vel Titianus

uel alium nescio quem Nebulonem sub imagine Christi
crucifixum ac mortuum esse existimarent

§. Accedit testimonium omnium Judeorum, qui ut
Alcoranus ipse testatur, se se Christum Jesum filium
Mariæ crucifixisse, et occidisse fatentur. Hodieque,
si interrogentur Judæi, quot quot & totum terrarum orbem
dispersi reperiuntur, utrum Maiores eorum Jesum Naza-
renum, quem Christiani et Mahumetani etiam ut uerum
Messiam suscipiunt, ac uenerantur, crucifixerint, et
occiderint; omnes uno ore fatebuntur ita remitto esse,
et se ita credere, semperque omnes Judæos mediis-
se, et in Libris suis ita scriptum reliquisse. Inter
quos R. Moses filius Maymonis in Lib. Judicum
cap. 11. hæc scribit: Jesus Nazarenus visus est esse
Messias, et occisus est & domus Judicij: et ideo causa
fuit, ut Israel destrueretur in gladio, et dispergeren-
tur reliquiæ ipsorum; et ut deprimerentur. Et in
lib. Sanhedrin distinct. 7. cap. ad finem: Dixit Ula:
Jesus Nazarenus proselytus fuit Regno: et in ue-
spere Paschæ crucifixerunt eum

6. Cæterum etiam gentes, præter Christianos et Ju-
deos hoc idem tanquam certissimum semper habuere. Cor-
nelius Tacitus inter Romanos scriptores ethnicos re-
centissimus, loquens de Christianis a Nerone & summa
iniustitia de interfectis Lib. 15. Annalium scribit: Auctor
nominis eius Christus, qui Tiberio imperitante &

cruciato-

auctorem Pontium Pilatum supplicio affecisse. Alios Auctores eiusdem rei affectores tanquam superfluos omitto. Admiranda igitur est stupiditas, seu dicam stultitia et insania Mahumeti, et Mahumetanorum, qui certum certam, et ab universo Orbe tentatam, absque ulla probabili ratione, aut fundamento negare non verentur. Porro si eam negarit, quia indecens erat Christo Crucem ac mortem pati: itâ deberent negare tot Prophetas a Judeis occisos, variisque supplicijs affectos fuisse: et Mahumetum suum tam indigna a Fornicitis, et alijs Meccanis sustinuisse: et demum ut nemo a femina Judea in Lavino suis Sancto perijsse. Nullus enim sapiens censet penam ullum dedecus affere, quantumuis turpis sit, et ignominiosa; si non propter culpa, sed propter virtutem inferatur. Imò nihil gloriosius est, quam vel propter religionem, vel propter Reipublicæ salutem supplicio vel atrocissimo, ac sceleratissimorum genere constanter perferre. Hic est sensus omnium prudentium, et ipsorum etiam Mahumetanorum. Si vero eam precisè negant, quia Jesus erat Messias, sive Christus: neque hoc potest aliquid subesse illorum animi affere, præsertim quia ipsi credunt Christum fuisse hominem tantummodo, nec Mahumeto suo superiorem. Nos verò ex opposito, minimè solo ipso quod eras Christus, probamus illum pati, ac mortem subire debuisse, quia id in Pentateucho, ac Pro-

pletis prædictum fuerat, ut Christus ipse Legislator in Evangelio testatur, et Apostoli in suis Libris confirmant. Luc. cap. 24. Duobus discipulis euntibus in Emmaus, et dicentibus de illo: Tradiderunt eum Summi Sacerdotes, et Principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. Respondit Christus: O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et ibidem loquens cum omnibus discipulis simul congregatis dixit: Quoniam sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati, et resurgere a mortuis tertia die. In Actis Apostolorum cap. 3. dixit S. Petrus Judæis: Deus autem qui annuntiavit os omnium Prophetarum pati Christum suum, sic implevit. Et cap. 13. S. Paulus loquens de Judæis, qui Christum interfecerant, dixit: Ut impleverunt omnia quæ de eo scripta sunt, deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento; Alia plura sunt in novo Testamento loca, quæ hoc idem clarissimè testantur: in quibus aperiuntur etiam varia particularia, et figuræ seu symbola de passione et morte Christi quæ latent in Veteri Testamento, et cæteris Libris veteris Testamenti, quæ non est hic opus recensere. Quamobrem vel negando sunt Evangelio, et cæteris nostrum Apostolis con-

175

7/2 P

sunt

scripta, tanquam à capite ad calcem falsa et conficta;
id quod iam ostendimus nullo modo fieri posse: uel fa-
tendum est, Christum uerè passum, et mortuum fuisse
Quod si Mahumetani ea, quæ de Christi morte
et passione scripta sunt; non uelint uerè, sed apparenter
tantum uita functum, crucifixum accipienda esse contendant: Re-
spondebimus primò, gratis hæc, et sine ullo prorsus fu-
damento affirmari. 2° si cum Sabellio dicentis ea
nisi uerbis in Euangelio, Judæos Christum Jesum
comprehendisse, alligasse, flagellasse, occidisse: et
Cum Christus ipse pluries prædixit se hæc omnia
passurum, et flagella, Iudibria, crucem, mortemq;
subiturum: et Apostoli in sacris libris absque ullo
uerborum ambage scribunt, Christum crucifixum,
occisum, ac mortuum fuisse: si inquam, hæc om-
nia intelligenda sunt, non de ipso Christo, sed
de Judæo, uel Gentiano, uel alio nescio quo, qui Dei
Christi similitudinem imposuerat: nihil incerti,
nobis erit in sacris Scripturis: et eodem modo ea, quæ
in illis scribuntur de Adam, de Noë, de Abraham,
de Moyse, de David, de Salomone, et alijs; licebit as-
serere, non de Adam, uel de Abraham, uel de alio ex
illis uerè esse accipienda: sed de alijs, qui ijsdem
similes erant, intelligenda: neque enim ullus est fun-
mentum potius illud, quàm hoc asserendi. 3° si Chri-
stus uerè passus, et mortuus non esset, sed pro eo

Judas, uel alius; falsò Sacræ Scripturæ nos docerent, Christum passione, ac morte sua, suique sanguinis Homines redemisse, et pro eorum peccatis sanguine suo Deo satisfecisse. Hanc enim causam passionis et mortis Christi asserunt Diuini Scriptores tam ueteris quàm noui testamenti. Isaias cap. 53. loquens de Christo non solùm ex sententia Euangelistarum et Apostolorum, sed etiam ueterum Hebræorum, ~~sententia veterum Hebræorum~~: Vulneratus est (inquit) propter peccata nostra; attritus est propter scelera nostra: Liuore eius sanati sumus: Posuit Deus in eo iniquitatem omnium nostrum. S. Paulus ad Rom. cap. 5.: Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est. Et: Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius. Et cap. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Porrò in iuxta sententia Malumeranos ita cogeremur hæc uerba exponere: Proprio filio suo pepercit Deus, illum à Judæis manibus liberando, et ad se in cælum assumendo: et pro eo tradidit Judam uel Titianum eius inimicos ac proditores. Verùm quis ad tam ineptam expositionem eius teneat? Posset hic Veterum Doctorum Hebræos testimonia producere, quibus asserunt Messiam seu Christum pro salute populi sui, et pro genere humano redimendo, probra, tormenta, mortemque pertulisse. Sed remitto Lectorem ad Authores, qui de huiusmodi argumento contra recentiores

ores Hebreos scripsere. Ergo iam ad reliqua confutanda
A. Dum affirmat Mahumetus, nullum esse vel fuisse
esse ex Scripturalibus, qui non sit credituus in Jesum
ante mortem suam. sive Loquatur de Judeis, sive de Ch-
stianis; sive de morte Jesu, sive de morte ipsorum Scrip-
turalium: uestant se quocunque uelint in expositione Lu-
ius Loci Interpretes Mahumetani, est apertissimus delirius:
neque argumento uel ratione aliqua illud reijcere necessa-
rium, uel operæ pretium puto. ^ Illud tamen pretereundum
non existimo, quod credere in Jesum nihil aliud sic es-
se putent, quam cognoscere apertè, Jesum esse servum
Dei, et Legatum eius, non autem Deum uel filiu Dei:
Sane uerò cognitione nihil Scripturalibus ad salutem
profuturam: cum tamen communiter in Alcorano, credere
in Deum, uel in Jesum, uel in Libros, aut Angelos,
aut Sacros Libros, et alia huiusmodi, non accipiatur nisi
in bonam partem, ut aut huiusmodi credulitas sive fides
semper proficua intelligatur ad salutem. Et non nisi inep-
tissimè; et contra omnem modum Loquendi dicemus, Ju-
deum uel Mahumetanum aliquem ante mortem suam
credidisse in Jesum, eo quod huiusmodi Judeus uel Mahu-
metanus antequam efflaret animam, agnoverit Jesum
non esse Deum, neque filium Dei, sed purum hominem,
servum Dei, et Legatum eius: nihilque ei huiusmodi co-
gnitionem ad salutem profuisse. Huc accedit Christianos
iam credere in Jesum, uti oportet: nec posse in morte non

^ quod omni prorsus certè ratione a fundamento.

uedere, uel non cognouere illum esse et hominem, et filium Dei, et Deum uerum, quemadmodum a sacris Literis manifestissimè docent.

§. Delirat Maldonatus, dum asserit Deum prohibuisse Iudeis pecudes, quas antea concesserat, propter iniquitatem eorum. In Lib. Leuit. cap. 11. ubi Deus prescribet Iudeis, que animalia sint ipsis licita, quæque illicita, nihil habetur de hac eorum iniquitate: sed que prohibentur, ex eo tantum capite prohibentur, quia Deus ea immunda declarauit. Hæc autem erant fere uiliora, et que communiter comedi non solent: ut ex quadrupedibus canes, equi, asini, sues: ex uolucribus aquilæ, gryphes, nocturæ, accipitres: ex piscibus, ij qui carent pinnulis, nempe deteriores ceteris: Item reptilia, ut lacertæ, serpentes, uermes: præterea morticina, et alia huiusmodi, quæ propter ipsorum immunditiam, quam diuersa Dominus captiuitate uitia, prohibentur. At si hæc prohibitio ad quandam Iudæorum iniquitatem facta fuisset, animalium ceteris melioribus esse debuisset: at uitulorum, hædorum, gallinarum, columbarum, turdorum, mugilum, thynnorum, et aliorum huiusmodi: potiusque condemnandi erant ad uescendum animantibus uilioribus, ac deterioribus. Quæcunque si ea quæ superius enumerauimus, erant Iudæis propter eorum iniquitatem, tanquam res bonæ interdictæ: quid Maldonatus a piscibus suis porcum, morticinum, sanguinem, et alia quædam ex iis quæ Iudæis prohibita erant, interdixit.

Cùm

certe non ob iniquitatem eorum hoc fecit, sed quia in ipsis immunditiam aliquam esse putabat, uel ut Judeos ita sibi beneuolos efficeret. Sciant tamen Moslemi, hoc eadem animo sed Judei intendente, non esse factum, et ex mutuo suae malitiae: Deus enim uidit cuncta quae feceiat, et erant ualde bona: alioquin Noë, et posteris eius ea non concessisset: sed ideo tanquam immunda Judeis a Deo prohibita sunt, quia, ut supra dixi, uitiorum quorundam symbola gerebant, a quibus Deus populum suum cauere uolebat, uel alias de causis, quas non est opus hic afferre.

6. Postremo dum Mahumetus promittit Judeis, qui sint habiles in scientia, premium magnum, nempe Paradisum, ut exponit Jelal: uidetur manifeste approbare, unumquemque in religione sua salutem consequi posse. Vel enim Judei usti Legem suam obseruabant, uel Mahumetanam. Si hanc secundam; iam desierant esse Judei. Si suam; non poterant cum Mahumeto et Alcorano conuenire, utpote Legi suae aduersantibus. Existimo tamen hos, de quibus Sic fit commemoratio, neque Judeos prorsus fuisse, neque Mahumetanos; sed nebulones quosdam, qui ut Mahumeti gratia sibi conciliarent, et fortasse ut illum melius sic decipierent, aut irriderent, nunc Judei, nunc Moslemi personam induebant.

177.

Textus Alcorani

162 Certe nos reuelauimus tibi, sicut reuelauimus Noë, et Prophetis post eum; et sicut reuelauimus Abrahae, et

Ismaëli et Isaac, et Jacob, et Tribubus, et Jesu, et Job, et Jonæ, et Aaroni, et Salomoni, et dedimus Dauidi Psalmos.

163. Et misimus aliquos Legatos, quos iam enarrauimus tibi antea; et aliquos Legatos, quos non enarrauimus tibi: et alloquutus est Deus Moysem alloquendo.

164. Legatos euangelizantes, et comminantes: ne forte esset hominibus apud Deum argumentum quo se excusarent, post Legatos missos ad se: et Deus est potens, sapiens.

165. Sed Deus testis est eius quod demisit ad te [i. Alcorani]: demisit illud cum scientia sua; et Angeli testes sunt: et Deus est testis sufficiens

166. Porrò qui infideles sunt, et auerterunt alios a uia Dei, iam euanuerunt errore longinquo

167. Sanè qui infideles sunt, et iniquè egerunt, non erit ut Deus ignoscat illis, neque dirigat eos ad uiam aliam, nisi ad uiam gehennæ; perpetuò mansuros in ea gehennæ: et erit hoc apud Deum facile

168. O homines, iam uenit ad uos Legatus cum ueritate a Domino uestro: credite ergo: melius erit uobis. Quod si incredduli fueritis, profectò Dei est id quod in cœlis, et terra existit: et Deus est sciens, sapiens

169. O Scripturales, ne limites excedatis in religione uestra, neque dicatis de Deo nisi ueritatem. Certè Christus Jesus filius Mariæ est Legatus Dei, et Verbum eius, quod immisit in Mariam, et Spiritus ab eo. Credite ergo in Deum

in Deus, et Legatos eius: et dicatis Ires. Abstinete nō loc
dicendo: melius erit uobis. Verū Deus est Deus unus. Ab- a Lapeiny
sit ut sit illi filius. Ipsius est id quod in celis, et id
quod in terra existit: et Deus est sufficiens procurator
sibi ipsi sine ope filij

170:1 Non dedignabitur superbè Christus esse seruus
Dei: neque Angeli proximi Deo dedignabuntur esse serui
eius: et qui dedignatus seruitutem eius, et in superbiam
efferetur; congregabit eos omnes ad se Deus in die Iudicij.

71- Verū qui crediderint, et fecerint recta, persoluet eis
mercedes suas, et augebit eos ex liberalitate sua. Qui ue-
rò dedignati fuerint seruire ei, et superbè se extu-
lerint, puniet eos pœna atroci.

172 Et non inuenient sibi extra Deum patronum,
neque adiutorem

173 O homines, iam uenit ad uos euidens argumentum a
Domino uestro: et demisimus ad uos lucem manifestam.

174 Verò qui crediderint in Deum, et firmiter adhæserint
illi: introducet eos in misericordiam b suam, et liberalitatem: et b ex 12
diriget eos ad se ꝙ uiam rectam

175 Quærent instrui a te. Dic illis: Deus instruet uos
circa cognationes remotiores. Si uir c obierit, cui non sit c. perierit
proles, et habeat sororem; huic debetur dimidium illius, quod
reliquerit: et ipse [i frater] heredabit illam, si hæc nō
habuerit prolem. Quod si fuerint duæ sorores; utrique
debentur due tertiæ partes ex eo quod reliquerit frater.
Quod si fuerint plures fratres [illegible], uiri ac mulieres;

masculo habitum, sicut portio duarum feminarum. Declarat Deus uobis Soc, ne ceteris: et Deus est in omni re

178
10/8 sciens

Note

16a. Psalmos] Arabice زبور Interpretatur Jelal مكتوبا Scriptum, nempe Librum. Judæi كتبا Scripturam: nempe psalmos, ut ipse exponit

16g. Aliquos Legatos] J. Jelal: روى انه تعالى بعث ثمانية الاف نبى اربعة الاف من بنى اسرايل واربعة الاف من سايرُ الناس: ex traditione Labetuo, Deum misisse octo millia Prophetarum: quatuor millia ex filijs Israel, et quatuor millia ex ceteris hominibus. Videtur accipere Prophetas pro Legatis. Licet de uerbo si ab illis distinguant

169. 3 Scripturales]. Alloquitur, iuxta Jelalem, Christianos, admonens eos, ut caueant a gentis tribus Dei, et ab asserenda Christo diuinitate

Et spiritus ab eo] Explicat Jelal منه اى ذو روح اضيف اليه تعالى تشريفا له وليس كما زعمتم ابن الله او الها معه او ثالث ثلاثة لان ذو الروح مركب والاله تنزه عن التركيب وعن نسبة المركب اليه: idest, habens spiritum ab eo. Et subdit. refertur ad ipsum (nempe Deum) ad ipsius dignitatem indicandam: non tamen est (sicut putatis Christiani) filius Dei, aut Deus una cum ipso, aut tertius trium (i. una ex tribus personis) nam habens spiritum, est quid compositum. Deus autem absit, ut sit compositus, aut predicetur de eo compositio

Ne dicatis tres] nimirum, ut exponit Jelal الله وعيسى وامه: Deum, Jesum, et Matrem eius

17β. Jam uenit ad uos euidens argumentum.] Arabicè برهان est proprie argumentum demonstrationis, pro quo intelligit Gelal ipsum Mahumetum: quemadmodum pro Luce manifesta Alcorano

Refutationes.

Non immoror in refutandis ineptijs illis, quæ spectant ad enumerationem tot librorum, et præsertim Alcorani, qui finguntur traditi a Deo: neque tot Legatorum seu prophetarum, quos ad eosdem misses fuisse fingunt Mahumetani. Neque etiam hic repeto, quæ superius satis capiendi contra ipsos Mahumetanos nomina illo, ab Alcorano Christo tributa, Verbi, et Spiritus Dei. Est enim hic locus proprius propugnandi contra Mahumetum, ac Mahumetanos mysterium ineffabile SSmæ Trinitatis, quod non solùm Mahumetanis, sed et Judæis, et cæteris gentibus a Christiana fide alienis est lapis offensionis, et petra scandali. Et sanè negari non potest rem esse maximè arduam, et intellectui tam humano, quàm Angelico incomprehensibilem, solaque Dei revelatione credendam.

Notandum tamen est Alcorani verba, iuxta communem Mahumetanorum sapientum expositionem, nullo modo pugnare cum Sanctissimæ Trinitatis mysterium oppugnare, sed tantum quemdam errorem seu hæresim refutare. Etenim necessario

16ζ. superius posita: nimirum يا اهل الكتاب لا تغلوا فى دينكم ولا تقولوا على الله الا الحق ولا تقولوا ثلثة انتهوا خيرا لكم انما الله اله واحد

O Scripturales, ne excedatis in religione nostra, neque dicatis Tres: abstinete ab hoc, nam melius erit nobis: quippe

لقد كفروا الذين قالوا ان الله ثالث ثلثة وما من اله الا اله واحد وان لم ينتهوا عما يقولون ليمسن الذين كفروا منهم عذاب اليم

Deus est Deus unus. Et sura 5. de Mensa nona

Infideles sunt, qui dicunt Deum esse Tertium triu: nam non est nisi Deus unus: et si non abstinuerint ab hoc modo loquendi, subibunt huiusmodi infideles tormenta dolorificus: utrobique explicat Selaleddinus:

لا تقولوا الاله ثلثة

ne dicatis esse tres deos, nempe Deum, Iesum, et Matrem eius. Et addit وهم فرقة من النصارى *: et si qui hæc dicebant, erant secta quædam Christianorum. Neque enim huiusmodi impietatem omnibus tribuit Christianis. Eodem modo Jahias filius Salami, et Mohammedus filius Abdallah*

179

لقد كفر الذين قالوا ان الله ثالث ثلثة قال

قتادة قالوا عيسى اله وامه اله والله اله:

Si ea autoritate Cottada: *sunt infideles, qui dicunt, Deus est Tertius Triu: dixit Cottada: Hi sunt qui dicebant: Iesus est deus, et Mater eius est deus; et Deus est deus. Eodem modo Bedauius:*

لا تقولوا ثلثة اى الالهة ثلثة

الله والمسيح ومريم

ne dicatis Tres, idest tres deos, nempe Deum, Christum, et Mariam. Sed postea subdit, quasi Christianos ab imposito iugo eiusmodi impietatis euore purgaturus: *Neque*

لا تقولوا ثلثة

ان صح انهم يقولون الله ثلثة اقانيم الاب والابن والروح القدس ويريدون بالاب الذات وبالابن العلم والروح القدس الحياة:

Neque dicatis: esse tres deos: nam constat iuxta Christianos dicere, Deum esse tres personas: Patrem, et Filium, et Spiritus Sanctum. Intelligunt autem per Patrem, Essentiam: per Filium, Scientiam: et per Spiritum Sanctum, Vitam. Nequeam quam habet

Sabet ex errore Jacobitarum. Verùm nihil sic contra Christianos, qui neque tres deos adorant, neque Mariam dicunt esse Deum: ecce recens fuerit olim in Arabia Segesis Collyridianorum circa annum Christi 375., de qua agit S. Epiphanius. Hi collyridem seu placentam Mariæ Virgini in sacrificium, non secus ac si Deus esset, offerebant. In hac autem secta soli fere erant mulierculæ. De hac eadem Segesi meminit Georgius Almacinus: Eutychius Larviacha Alexandrinus, utergue Christianus: Abu-mazad, et Ahmedus filius Abdolkalimi, uterque Mahumetanus: sed hic ultimus addit وهذه الفرقة قد بادت: Hæc vero secta iam prorsus abolita est.

Nihilominus, quid alij censent in his Alcorani locis ubi negari mysterium SS. Trinitatis, et saltem Mahumetani illud acerrimè oppugnant, ac detestantur: ego hic illud contra ipsos, quantum illorum captus patitur defendere, eiusque veritatem asserere conabor.

Duo vero, eaque apud omnes certissima, suggonenda sunt. Primum: Quotiescunque admittitur aliqua religione sucrisse, et à Deo instituta; et hoc argumentis sufficientibus probatur: admittenda etiam esse omnia illa, quæ in hujusmodi religione a Deo revelata esse certo creduntur. Secundum, multa esse a Deo revelata, quæ licet non solus a Christianis, sed etiam a Judeis, et Mahumetanis certissimo credantur: nihilominus ~~naturales~~ omnino fugerant intelligentiam; nec ullo modo ~~naturales~~ comprehendi, et multò minus ~~probari~~. Sunt enim ~~solum~~ ~~sunt~~ sugra naturam; ~~et~~ ~~non~~ ~~probari~~

† per ultimum rationis principium probari.

~~aliquando etiam contra naturam~~ : cuiusmodi est resurrectio mortuorum post resolutã corpora in terram ac cineres : est enim naturale axioma, ad priuationem ad habitum non dari regressum: et oppositum est contrã naturam. Nihil tamen ex his inuoluit contradictionem: nam si hoc esset, conuinceretur manifestæ falsitatis, et omnimodæ impossibilitatis: ut si dicerimus, Deum esse unum, et non esse unum: satis est, dixit

+ potuimus ea ab omni contradictione, et impossibilitate defendere contra aduersarios, imo et aliquibus conclusijs probare

His præmissis, dicimus Sanctissimæ Trinitatis mysterium non posse a Mahumetanis rationabiliter negari: tum quia habitum de illo religione, quam ueram esse, ex ipsorum etiam testimonio superius probauimus: tum quia a Deo reuelatus fuisse, efficaciter inferius ostendemus: tum demum quia nullam inuoluit contradictionem, aut impossibilitatem respectu infinitæ perfectionis diuinæ.

Sed uideamus quibus argumentis mysterium hoc oppugnent Moslemi ex uerbis Ahmedi filij Abdallahi partis 2. Apologiæ contra Christianam religionem, ex Arabico idiomate fideliter translatis. Vnum, inquit, petimus a uobis, ad quod oportet uos respondere. Quia illius quod asseritis de cultu trium personarum, quæ iuxta uestram opinionem redeunt ad unam substantiam, nempe diuinitatem; quapiam est? et unde accepistis illam? et quis uobis præcepit eam? et in quo libro sacro reuelata est? et quis Prophetarum meminit illius? et quod dictum Christi persuadet uobis illam? An uero aliud fundamentum illius habetis, nisi id quod referente discipulo Marco, dixit Christus

Super illum.

pax sit pax,

Item. Discipulis suis, cum uoluit discedere ab eis, uidelicet: =
Ite, et baptizate homines in nomine Patris, et Filij, et =
Spiritus Sancti. Horum autem uerborum sensus ad hoc ut =
sit sanus, exigit, ut sententia collecta ex ipsdem uerbis, im= =
portet, ut conferant illis omnes benedictiones Dei, et benedictio =
Prophete illius Christi, et Spiritus Sancti, & quam confi= =
mant. Prophete et Apostoli. Videmus autem uos, cum mul= =
tis aliquid alteri bene precari, dicere: Oratio Sancti talis =
sit tecum. Et & orationem intelligit faustam apprecatio. =
Et similiter: Nomen prophete tali adiuuet te in nego= =
cijs tuis. Et sicut dixit Deus benedictus et excelsus: O =
fideles obedite Deo, et Regi, et Prefectis uestris Mosle= =
mis. Dicemus ne propterea hosce omnes esse deos? Sed cō =
cedamus horum uerborum sensum alium esse ab eo quem =
diximus: aut Christum fauste memorie intendisse & illa= =
id quod ipse tantum nouit: quare uos eò deueniatis, ut =
dicatis illum uoluisse aperire, hec nomina, quatenus ea =
retulit ad Deum Optimum Maximum, esse deos: et con= =
stituatis illis personas; unicuique eorum nominum & = 180
sonam peculiarem tribuentes, cum ipse sit una tantum & = 12/6
sona? Et unde euaseritis id quod adiecistis cum Deo =
interpretatione non sana? Cum autem dicitis de tribus =
personis, unamquamque habere suam essentiam: necessariò fa= =
temini, unamquamque personam uiuere, audire, scire, uidere= =
posse separatim sed essentiam suam; quemadmodum de Chri= =
sto dicitis, quod sedeat a dextris Patris sui. Videmus porrò =

Video duas personas cum Deo posuisse, quia Deus est
sapiens, et viuens. Et sapientiam quidem eius appella-
tis Verbum, quod est Christus: vitam autem eius, spiritus
sanctum. Hæc porrò sunt attributa Dei, quibus multa alia
similia (reperiunt): vocat enim Mitis, Iciens, audiens, vi-
dens, viuens, potens: et similiter, Dominus noster, bene-
dictus, et excelsus. Quamuis attributa quæ ei damus,
non æquent attributa eius, neque attingant rationem
gloriæ eius, nisi per similitudinem, et parabolicè, prop-
ter magnitudinem, excellentiam, et gloriam eius, quæ nul-
li alij conueniunt. Vos autem fecistis eum personas, qua-
rum unaquæque habet vitam, et sapientiam, et certa at-
tributa iuxta illud quod habet: neque est persona ex il-
lis habens attributum, nisi etiam exigat ~~ut sit attribu-~~
~~tum~~ iuxta dictum vestrum, ut sit attributus, sicut ipse.
Quod si essent istæ personæ dij, certè omnia attributa
essent dij, cum sint ex substantia Dei. Necesse est:
itaque, ut unumquodque attributum singularium trium
personarum sit Deus, sicut ipse, cum sit ex substā-
tia eius. Magnus igitur sic patebit campus ad multi-
plicandos deos, itaut ars processura sit in infinitum.
Cum autem dicitis tres personas esse in Deo ex substan-
tia æterna, nonne cogimini fatcri tres deos? Deos-
nē enim sunt individua demonstrabilia ac determi-
nata. Alioqui quam probationem affertis suius rei? Vos
autem dicitis in quibusdam vestris ratiocinationibus, tres
personas

personas redire ad unum; nec diuisas, nec separatas: et assimila-
tis eas in collectione earum, et in eo quod appareat ex ipsis, scil.
Iam ueró scimus uos fatéri in symbolo fidei uestræ, Christum
esse Deum et hominem simul unitos: et ipsum ascendisse in
cælum, et sedere ad dexteram Patris sui. At uerò qui se
Det ad dexteram alterius, non ne est ab eo distinctus, et sepa-
ratus? Quomodo ergo ponetur mensura huic dicto, aut uera, ac
sana erit in eo constitutio religionis? Similitudinem autem
solis, quam attulistis, iam ante clarè ostendimus esse futilem
ac damnandam ad probandum quod intenditis, neque unquam pa-
ritatem in utroque. Quòd verò inuenimus uos dicere de
significatione Trinitatis, illud quod uobis eam persuasit, es-
se id quod refertis scripsisse Matthæum discipulum in Evan-
gelio Christum a Christo discipulis suis: Ite docete omnes gen-
tes, et baptizate homines in nomine Patris, et Filij, et
Spiritus Sancti. Et uos sanè excogitastis in his uerbis in-
tellectibus uestris, et dixistis, hunc esse eorum sensum, quòd
Patri ubi certum fuerit mundum fuisse de nouo productum,
scitis fuisse aliquem, qui eum produxit: et hunc concipitis
primo esse ens existens; deinde uiuens, deinde rationale.
Ens quippe diuidit in uiuens, et non uiuens: uiuens autem
in rationale, et irrationale. Atque etiam hoc scitis, uiuens
rationale habere uitam, et rationalitatem progredi in pro-
pria, seu suppositis: et utramque esse in substantialitate.
At hoc autem dicimus uobis: Cum fuerit Viuens, Sapiens ui-
tam, et rationalitatem, dicere nobis de illo: Hæccine ne

illud esse potens, et excellens; an uero infirmum ac uile?
Si dicatis esse potens et excellens; respondebimus: Constituite illi potentiam, et excellentiam, siue constituistis illi uirtutem, et sapientiam, et rationalitatem. Quod si dicatis: Non cogimur ad hoc, quia est potens & se, et excellens & se: respondebimus: Eodem modo dicere cogimini quod sit uiuens & se. Neque dubium est & hoc de unitate Trinitatis. Quod si ita non est, assignet discrimen: atqui nullum potest discrimen adferri

Hæc sunt quæ a Mahumetano doctore a Christianis Apostolis perdiscere instructo, contra SS. Trinitatis mysterium afferunt. Aliud etiam argumentum producit, ubi Christi diuinitatem oppugnat. Atque huic loco respondebimus. Hunc adiam proposita, quæ passim ab auctoritate, partim a ratione petunt, respondeamus.

Petit primo a nobis Almedus, ex quibusnam sacrarum scripturarum Libris; uel ex quo Prophetarum, uel Apostolorum, uel ipsius Christi auctoritate, sacrosanctæ Trinitatis mysterium eruerimus. Et suppono non nullum aliud illius fundamentum habere, quæ uerba illa Christi ad discipulos apud Matheum cap. ult: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti

Respondemus primo: Quamuis nullas aliunde petere illas auctoritatem habeamus, deberet tamen sufficere existimari: quia & eadem Christi uerba sacrosanctum hoc mysterium nobis manifestant; Christianos magistri;

et

et doctores ex ipsius Christi et Apostolorum traditione perpetuò docuerunt. Porrò illum esse alicuius sacri libri legitimum sensum, quem ex constanti, et perpetua traditione maiorum semper tenuit ecclesia illa, cui a Deo traditi sunt sacri libri, in quibus sententia illa reperitur, nemini est dubitandum: eoque magis, quia, ut superius vidimus, Mahumetus iudicium de Pentateucho Iudeis, de Euangelio autem Christianis docet esse committendum. Nos quoque, si Alcoranum a Deo traditum esse credere mus; si qua in illo essent quæ nunquam integra traditione a Mahumeto, uel a discipulis eius recepta, omnium ipsi communi assensu tali uel tali modo intelligenda esse iudicarent, quamtumuis uerbo alium propè sensum exigerent, nullatenus ipsis aduersaremur. Non negamus sanè, aliquando sub pluribus ~~sententiis~~ particulis coniunctivis contineri disparia, sicut probat exemplum ab Almedo allatum: Obedite Deo, et Legato, et prefectis uestris: Hoc tamen loco certissimè credimus sub nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti tres diuinas personas unius essentiæ nobis proponi, quia ita Apostoli, et eorum discipuli ex Christi documento tradidere, et Christiani omnes communiter semper tenuere

Respondemus secundò; Non ex allatis tantùm S. Matthæi uerbis, ad hoc ineffabile mysterium credendum nos adduci: sed ex alijs etiam multis tum ueteris, tum noui Testamenti sententijs, et præterea ex doctrina ipsorum Ec-

vrorum antiquiorum, qui Sac Trinitatis Arcanum uerbis mi-
nimè obscuris tradidere. Huc accedit, omnia Loca illa, scrip-
turarum, quæ probant Christum esse uerum filium Dei,
probare quoque mysterium Trinitatis. Nam positis duo-
bus personis, nimirum Patre et Filio; nullo potest esse
repugnantia uel difficultas circa Spiritum Sanctum
Sunt autem in ueteri testamento precipua loca, quæ tres
in una essentia diuinas personas repetiri non obscurè osten-
dant, hæc quæ sequuntur
Isaiæ cap. 48. Accedite ad me, audite hoc: non a
principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi
eram: et nunc Dominus misit me, et Spiritus eius. Sequi-
tur Sic Deus, ut patet ex uerbis precedentibus et subsequen-
tibus: et ex eo quod dicit: Ex tempore antequam fieret, ibi eram:
nimirum ab æterno eram; Deus enim fuit ab æterno. Expo-
nunt Hebræi: Ex tempore esse eius: scilicet traditionis le-
gis in Monte Syna, ibi eram, nimirum in Syna. Ita
D. Salomon ex consensu Doctorum Hebræorum. Sed fal-
situr, dum fingit, Isaiam sic loqui de se ipso, quasi fue-
rit in Monte Syna quando data fuit lex a Deo. Cuiè
D. Iosue, et D. Hatland referunt hæc uerba ad Deum;
qui tamen dicit se missum fuisse a Domino Deo, et a Spiritu
eius. In quo aperte manifestissimè exprimi tres diuinas
personas
Psalmo 32. Verbo Domini cæli firmati sunt, et Spi-
ritu oris eius omnis uirtus eorum. Ita etiam hoc loco in
creatione

creationes Cœlorum diuinę Scripturę enumeranti: Dominus, nempe Latinè: Verbum: scilicet Filius: et Spiritus, scilicet Sanctus. Et sic in Bereschit Rabbâ R. Moses Hadarsan allegat R. Eliezer dicentem: Non est creatus mundus, nisi per Verbum Domini, sicut dictum est Psal. 33. In Verbo Domini facti sunt Cœli. R. Simeon dixit: Spiravit, uel sufflauit Deus Spiritum oris sui, et creatus est Mundus, sicut dictum est: Et Spiritu oris eius omnis uirtus eorum.

Conatur Almedus eludere sanctæ Patrum auctoritatem. 1º. quia non dicitur, Verbum Domini, uel Spiritus Domini creasse Cœlos: sed Dominus creasse Cœlos uerbo et Spiritu suo. 2º. quia Verbum et Spiritus Dei sunt eius attributa, sicut scientia et potentia: attributa autem sunt quæ nominalem, neque sunt res Deo superadditæ, uel ab eius essentia separatæ, uel realiter distinctæ: quamobrem non dicimus, Deus et scientia eius creauit: uel Deus, et potentia eius creauit. 3. Si per Verbum, et Spiritum intelligat Christus, aut res aliqua unita cum humanitate eius; Christus totus est creatus; et Deus solus est Creator. 4. Oratio et cultus dirigitur ad Deum Creatorem, non ad aliquod attributum eius: et progredior omnes homines dicunt: O Deus, o Domine nostre, o Creator nostre miserere nobis, et parce nobis: neque est ullus qui dicat: O scientia Dei, uel, o potentia Dei, siue, o uoluntas, seu o scientia Dei parce nobis, et miserere nobis. 5. Nullo modo licet potest, quod Patres et Verbum Dei intelligas Christum: Christus enim in sententia om-

quium Dominum est nomen Humanitatis, quamuis apud Christianos
importet Diuinitatem, et Humanitatem simul unitas. Dico Sec u-
nio cum sit de nouo producta? dici non possit, Verbum illud,
quo creati sunt cæli et terra, esse Christum: quando enim hęc crea-
ta sunt, diuinitas non erat unita Humanitati, et consequens
nondum erat Christus

Responsio deducta ad Sec Asmedi argumenta, pendet ex
iis, quę infra dicenda sunt, cum ineffabile hoc mysterium pro mo-
dulo nostro explicabimus. Hunc breuiter dicimus, aliud esse Personas
in Deo, aliud attributa. Personę enim habent inter se oppositionem
relatiuam: ut Pater et Filius: Spirator, et Spiratus. Attributa
uero nullam habent huiusmodi oppositionem ueram, et realem.
Deinde dicimus, aliud esse in Deo Verbum personale, et scien-
tia item uel sapientiam personalem; aliud uerbum, scientiam,
et sapientiam essentialiter. Primum dicendi tantum de filio,
seu de secunda persona: secundo de Deo simpliciter absolutè, et consequenter de omnibus, ac singulis personis. Eodem
modo loquendum est de Spiritu sancto: cum enim accipitur per-
sonaliter, dicit tantum de tertia persona: cum uero essentia-
liter, sicut simpliciter de Deo, ac de omnibus, et singulis
personis. Porrò Verbum siue personale, siue essentiale, non
per fuit in Deo, etiam ante unionem cum Humanitate in
Christo: sicut affirmat S. Joannes Cap. 1. In principio (i. est
secundo) erat Verbum: et ut habetur in symbolo fidei; Genitum
ex omnia secula. Quamobrem posuit Verbum esse
Cælum et terra: antequam uniretur cum natura humana in

Virgine

Christo. Illa uerò obiectio, quòd (non dicat), Verbum creauit; sed de-
us Verbo creauit: satis friuola est: nam dicimus: Regem facere
aliquid per suum Legatum; et tamen Legatus etiã facit. Et
homo operatur manu, et tamen manus etiam operatur. Et in sa-
cris Scripturis sæpius dicitur, manus, uel brachium, uel dextera
Dei aliquid facere. Et loquendo etiam de Personis, non raro
operatio tribuitur directè Verbo, uel Spiritui Dei. Vt Isaiæ cap. 55.
Verbum meum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum:
sed faciet quæcunque uolui, et prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Et Iob cap. 26. Prudentia eius percussit superbum: Spi-
ritus eius ornauit cælos. Ita enim legitur in Vulgatis Latinis, li-
cet in Hebraicis, et Græcis aliter sonet. Sed non desunt alia su-
ius rei exempla etiam in Græcis et Hebraicis. + Nec minus fri-
uolum est illud, quòd cum oramus, non dicimus: O Verbum Dei,
uel o Sapientia Dei miserere nobis, et pacem nobis. Nã in ijsdem
Scripturis manifestum est, inuocari a Prophetis Deum per eiusdem
attributa, quibus operationes etiam directè tribuunt: ut cum Isa-
iæ cap. 51. dicit: Consurge, consurge, induere fortitudinem bra-
chium Domini: Consurge sicut in diebus antiquis, in generationi-
bus sæculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, uulnerasti
draconem? Nunquid non tu siccasti mare? Hic certè brachium
Domini, siue sit attributa potentiæ, siue Verbum personale
personæ Verbi, uel filij, inuocatur a Propheta, et tribuuntur illi ope-
rationes in recto. Et quidem cum Dei attributa non sint aliquid
realiter distinctum a Deo, sed sint ipsemet Deus (ut Almedus 182
contra communem Mahumetanorum sententiam fatetur) idem

+ a capite

2/2

erit dicere, Deus adiuua me: ac, sapientia, uel bonitas Dei adiuua me: et ideo, sicut Deus, ita etiam attributa illius poterunt inuocari. Sed pergo ad alia loca

Genesis cap. 18. Legitur, Deum apparuisse Abrahæ iuxta quercum Mamre: quem ita Scriptura describit: Et ecce tres uiri stetерunt iuxta eum. Mirum quod dicat Deum fuisse tres uiros: et quod Abraham loquatur cum illis nunc tanquam cum uno, et unum adoret: nunc tanquam cum pluribus: ita enim scribit: Et leuauit, et uidit tres uiros, et cucurrit in occursum eorum ab ostio tabernaculi, et incuruauit se in terram, et dixit: Domine mi, si inueni gratiam in oculis tuis, ne quæso transeas a seruo tuo. Tollatur nunc parum aquæ, et lauate pedes uestros, et requiescite sub arbore. De iisdem etiam Moyses loquitur nunc ut de uno, nunc ut de multis; et tamen uocat eos nomine יהוה: proprio unius et ueri Dei: et nunc Legit, et dixit: nunc uero, et dixerunt: nunc Deum appellat, nunc uiros. Manifestè hic elucet mysterium Sacrosanctæ Trinitatis, in qua unus idemque Deus in tribus personis agnoscitur, et adoratur

Isaiæ cap. 6. Duo Seraphim ~~aut~~ alterius uocibus clamant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus exercituum. Hac trina iteratione Sanctus cum unico nomine Dominus, ostenditur non obscurè Unitas diuinæ essentiæ cum Trinitate personarum

Idem Isaias cap. 34. introducit Deum dicentem: Quia os meum ipsum præcepit, et Spiritus eius ipse congregauit eos. Hic habemus personam Patris loquentis: personam Filij significatam in ore, uel uerbo oris eius: et personam Spiritus Sancti

significa-

significatam in spiritu oris eius.

In his locis innuit Trinitas personarum simul accepta-rum in unica diuina essentia. Innumera uero sunt loca, in quibus sin-gillatim aperitur diuinitus uniuscuiusque persona, presertim se-cunda, nempe Filij, de qua peculiaris erit disputatio.

In nouo testamento clariora et apertiora testimonia sunt de hoc incomprehensibili Arcano. Precipua sic subijcio.

Matthei cap. 3. sic habet: Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: et ecce aperti sunt ei Cæli, et uidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam, et uenientem super se; et ecce uox de Cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic expressam habemus trium diuinarum personarum mentionem: nempe Patris loquentis, Filij dilecti, et Spiritus Sancti descendentis. Omitto uerba illa cap. ult. eiusdem Matthei, quæ dixit Christus discipulis suis: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti: nam super iam illa produximus.

Joannis in Euangelio cap. 14. Dixit Iesus discipulis: Si diligitis me, mandata mea seruate: et ego rogabo Patrem, et alium Paraclytum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, Spiritum ueritatis. Hic etiam dilucide apparet mysterium Trinitatis, dum inducitur Pater, qui dat, Filius, qui rogat, Spiritus Sanctus qui mittitur.

Idem Iohannis epist. 1. cap. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in Cælo: Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt

Nihil clarius dici potuit

Paulus ad Corinth. epist. 2. cap. 13. Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen. Habemus sic quoque manifestè ac distinctè tres personas. Nec refert, quod persona significet ante personam Patris quia sic: nam ut ait S. Athanasius: In Sac Trinitate nihil prius est, aut posterius, nisi tantum originis

Hæc sanè, et alia huiusmodi testimonia plurimum ad hoc mysterium comprobandum conducunt. Argumentum tamen præcipuum et firmissimum illud est quod in Sacris Scripturis frequenter occurrunt nomina [illegible] Patris et Filij et Spiritus Sancti sive sub aliis equivalentibus, aut illa sint [illegible] vel tantum sub nomine Dij vel Domini vel per notionales aut illis equivalentia, operationes ad invicem distinguí. Et quidem iuxta Philosophos, operationes dicunt de supposito vel persona: et consequenter operationes distincte ostendunt personas distinctas, ut bene notat etiam Athanasius in eo, quod nos confitemur Filium sedere ad dexteram Patris. Ita vero de unaquaque Sanctarum trium personarum Scripturæ loquuntur, ut de vero Deo: tribuunt enim illis nomina, et operationes, quæ non conueniunt nisi Deo. Cum autem non possint esse plures dij, sed necessario sit unus Deus, sine controuersia in una essentia diuina tres personas credere, quæ et oppositiones relativas realiter distinguant inter se, sicut cum essentia identificent. Si hæc Mysteriorum difficilia videantur, Deum audiant, qui ea revelauit, non autem credant

quant

λ distincta ab essentia

λ cuiusmodi sunt, gignere et filium: mittere et mitti; procedere unum ab alio, et similes.

guam nos, qui ea Deo reuelante credimus, et veneramur.

Ego de prima Persona, que vt plurimum absolute Deus appellat, quia est origo, et ~~fons totius diuinitatis~~ eterne ac diuine Persone: licet etiam Patris nomine, presertim in nouo testamento frequentissime exprimatur) nulla potest inter nos, et Mahumetanos esse controuersia. De secunda vero Persona, que Filius, et Verbum communibus nominibus nuncupatur, patebit in locis, cum de Christi diuinitate erit agendum. De Spiritu Sancto, qui est tertia Persona, satis clara sunt in sacris libris testimonia, quorum precipua hic accensebo.

Job cap. 33. Spiritus Dei fecit me: et spiraculum Omnipotentis viuificauit me. Non est dubium, quin facies hominem, et vitam ei dare, sit solius Dei.

1. Reg. cap. 23. Dixit David: Spiritus Domini locutus est in me, et sermo eius per linguam meam. Quis dubitet, spiritum Prophetas, esse solius Dei

Psalmo 138: Quò ibo a spiritu tuo, et quò a facie tua fugiam? Si ascendero in Cælum, tu illic es. In his verbis sit mentio non solùm Spiritus Sancti, sed etiam Patris, cuius spiritus David: et Filij, qui est expressa facies, et imago Patris: et omnibus tribuitur id quod soli Deo conuenit, nempe esse vbique, et omnia vbique implere. 1683 3/2

Joel. cap. 2. Dicit Deus: Effundam spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filij vestri, et dabo prodigia in Cælo. Spiritus effusus a Deo super omnem carnem, per quem prophetant homines, et prodigia operantur, non potest esse nisi Deus: nulli enim Angelo, vel creature istud conueniunt

In Euangelio Marci cap. 3. dixit Christus: Qui blasphe-
mauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in æternum,
sed reus erit æterni delicti. Hic sanè necessarium est fateri,
Spiritum Sanctum esse Deum, cum ex doctrina quoque Alcora-
ni, et Mahumetanos, peccata inremissibilia sint sed tantum,
que sunt contra diuinitatem. Et ideo dicunt ipsi, peccatum
الشرك: idest Associationis, quo violatur unitas Dei, nunquam
esse a Deo remittendum, cum cetera omnia ueniam tandem
sint consecutura

In Actis Apostolorum cap. 3. Dixit Petrus ad Ananiam:
Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui San-
cto? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Hinc patet Spiritus
Sanctum esse Deum: alioquin non esset bona illatio Petri: Non
posito etiam, quod Spiritus Sanctus esset Gabriel, ut uolunt Ma-
humetani, et gereret personam Dei; decuisset dicere Petrus:
Non es mentitus Angelo, sed Deo.

Ibidem cap. 10. Quia et in nationes gratia Spiritus San-
cti effusa est. Hic si Spiritum Sanctum intelligas actum quid
Deum, ineptè, imò impiè intelliges: soluùm enim gratia Dei
dicitur in homines

Ibidem cap. 13. Ministrantibus autem illis Domino, et
ieiunantibus, dixit illis Spiritus Sanctus: Segregate mihi Sau-
lum et Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Cujus
quidem missi a Spiritu Sancto abierunt Seleuciam. Quis po-
test assumere homines ad Apostolatum, et mittere eos præ-
ter, nisi Deus?

Ibidem

Idem cap. 18. Dixit S. Paulus: Benè Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Propheram ad Patres nostros dicens: Vade ad populum istum, et dic ad eos: Aure audietis, et non intelligetis. Atqui hæc verba in Isaia cap. 6. habentur dicta a Deo ad eundem Isaiam, qui ita loquitur: Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam, et quis ibit nobis. Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, et dices populo huic: Audite audientes, et nolite intelligere. Ergo manifestissimè Spiritus Sanctus est Deus. Et notanda sunt verba illa Dei: Quem mittam, et quis ibit nobis. In quibus primò tanquam unus, et deinde tanquam plures loquitur, ad notandum mysterium unitatis et Trinitatis Dei: et ad ostendum etiam omnia opera ad extra (ut loquuntur Theologi) communia esse omnibus personis divinis: quamvis ex relatione, quam in sacris ad hucam, magis uni, quàm alteri tribuantur.

Epistola 1. ad Corinth. cap. 2. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est. Ita et quæ Dei sunt nemo cognovit, nisi Spiritus Dei. His verbis apertissimè ostenditur, Spiritum Sanctum esse Deum: nemo enim posset penetrare et cognoscere omnia secreta Dei, nisi Deus ipse. Et sicut inter hominem, et Spiritum hominis est realis distinctio: ita necesse est inter personam Patris, et Spiritus Sancti esse aliquam realem, et realem distinctionem: quæ sanè non potest esse distinctio inter partes et totum, quia Deus non habet partes: quare sequitur ut sit distinctio personalis tantùm. Quam

valtem inadæquata

et relativa

si nulla esset Divinitas inter Deum, quæ esset Verbi de Deo Patris, Filii; et inter Spiritum ejus, ineffabilis et improprie esset Locutio S. Lucæ; Vicere enim idem & idem

Idem cap. 6. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, et non estis vestri. Templum nulli creaturæ civibus potest, si cut nec Sacrificium, quod in templo offertur; cum utrumque sit proprium Dei: sequitur ergo Spiritum Sanctum esse Deum

Idem cap. 12. Alij quidem per Spiritum datur sermo Sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in uno Spiritu: alij operatio virtutum: alij Prophetia &. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. Quid clarius dici poterat ad probandam Spiritus Sancti Divinitatem? Quis enim posset hæc omnia dividere et elargiri creaturis sicut vult, et pro suo libito, nisi solus Deus? Hæc pauca sufficiant ad ostendendum quàm falsò dixerit Ahmedus, Christianos nullum habere testimonium in Sacris Scripturis, ad sacrosanctæ Trinitatis mysterium asserendum

Secundum Ahmedi argumentum contra hoc idem mysterium erat huiusmodi: Si Sapientia, seu Scientia, et vita constituant duas personas in Deo præter personam Patris, puta, Filium et Spiritum Sanctum: cum Deus sit non solum sapiens et vivens, sed iustus, et misericors, et videns, et audiens, et potens: multæ erunt personæ quàm hæc recipient in Deo:

nulla

nulla enim est maior ratio, quàm Sapientia et ratio constituant personas: et non item iustitia, et misericordia, eo minus, et auditus, et potentia, et alia plura attributa

Ad hanc obiectionem respondeam, suppono primò, Deum habere intellectum et voluntatem: alioquin careret scientia, et libertate, ~~et alijs pulchris~~ ~~Secundam~~ ~~non~~ ~~attributis~~, ~~non~~ ~~possemus~~ ~~ea~~ ~~concipere~~ ~~ad~~ ~~aliqua~~ ~~perfectionis~~ ~~genera~~. Suppono secundo ~~Filium~~ ~~esse~~ ~~actus~~ ~~intellectus~~ ~~et~~ ~~voluntatis~~ ~~Diuinæ~~ ~~esse~~ ~~immanentes~~, et ~~respectu~~ ~~sui~~ ~~ipsius~~ ~~quatenus~~ ~~Deus~~ ~~est~~ ~~actus~~ ~~et~~ ~~respectu~~ ~~creaturarum~~. Certum enim est Deum cognoscere et amare se ipsum, et cognoscere etiam, et amare creaturas. ~~Respectu~~ ~~suorum~~ ~~actuum~~ secundorum oriuntur de ~~Deo~~ ~~multa~~ ~~attributa~~, ut iustitia, misericordia, scientia, prouidentia. ~~Respectu~~ ~~uerò~~ ~~actuum~~ ~~immanentium~~, oriuntur in ~~Deo~~ ~~concessiones~~, ~~relationes~~, et ~~personæ~~ ~~diuinæ~~. Sicut enim homo cognoscendo seipsum, producit Verbum seu conceptum mentis, idest effigiem mentalem imaginem illius quod cognoscit, nempe sui ipsius: ita Deus cognoscendo, et intelligendo se ipsum, producit Verbum, seu uitalem imaginem sui ipsius, quam uocamus Filium, quia uiuens oritur a uiuente in similitudinem naturæ. Ex hoc autem Deus quatenus ~~genitus~~ dicitur Pater: quatenus uerò ~~genitus~~, Filius. Rursum sicut homo amando conceptum illum seu imaginem sui ipsius, producit progressionem uitalem erga illum: et si conceptus ille esset subsistens, procul dubio produceret eandem progressionem amoris et ~~ega~~ concipientem se, uidelicet ergo essentiam suam, quæ est una eademque cum essentia concipientis: ita Pater et Filius

+ maximum

+ ~~alijs~~

+ seu notionale

+ ~~et amabile~~,

+ ~~et amabile~~

actus intellectus et voluntatis nisi ens esse quidem immanentes, et simul essentiales ac notionales: intellectio et voluntas essentes purè et secundum se spectatæ, quidem communes omnibus divinis personis, adeoque non sunt processiones nec principia operationum nemini, sone, aliarum; actus uerò notionales nihil aliud sunt quàm ipsi actus essentiales intelligendi et amandi ut connotantes

+ sibi identifi-
unter relationes
ipsius proprias per-
magis producen-
te, et ad huiusmo-
di relationibus
nationales denomi-
nantur, et suas
ipsemet actiue ori-
ginet, seu actiue
uocetione dici-
antur personans
dintra. Certus
ni est, Deum co-
nosce et amare
se ipsum, et
gnoscere etiam
t amare creatu-
as. Reliqua horum
ctuum essentiali-
liciunq; de Deo
ucia attributa,
t iustitia, mise-
cordia, scientia,
rouidentia. Re-
spectu illoq; actu-
um notionalium
riunq; in Deo pro-
ctiones, relatione
t personæ diuinæ
luteriùs dicemus.

Quæ enim re-
tendentur, ple-
ant uel ad intel-
ectu, nempe
apientiam seu
ientia, et uisio
el iudicio; uel ad
oluntatem, ut in-
itia, et misericor-
dia. 2ª potentia
erò in duendis
processionibus diuinæ
ersonæ, ut sit
principium agendi
ad extra, et per-
sonæ diuinæ procé-
dunt ipsæ actiuæ ma-
nentes ad intra

mutuò se amando (suam scilicet ipsorum unam eamdemque essentiam) producunt Spiritum Sanctum, qui est progressio ui-talis seu inclinatio in essentiam amatam. Hoc uerò est inter alia discrimen, quod terminus, qui & intellectum ac uoluntate producit, in homine est accidens et transiens: in Deo autem est substantia et permanens, idemque realiter cum ipsa essentia Dei. Ex hactenus dictis recte colligimus in Deo esse duas processiones, seu emanationes: scilicet Filij a Patre, quæ dicitur generatio, et est & intellectum: et Spiritus Sancti a Patre et Filio tanquam ab unico principio, quæ dicitur simplicitèr processio; et est & uoluntatem. Præterea esse in eo quatuor relationes; nempe Paternitatem, qua Pater refertur ad Filium, et fundatur in generatiuam actiuam: Filiationem qua Filius refertur ad Patrem, et fundatur in generatiuam passiuam: Spirationem actiuam, qua Pater et Filius tanquam unum principium referuntur ad Spiritum Sanctum: et Processionem, seu Spirationem passiuam, qua Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, et Filium. Hæ autem relationes in Deo sunt reales, et propter has diuinæ personæ inter se realiter distinguuntur. Esse autem patet, quia inter ~~cognoscentem, et cognitum, aut inter~~ generantem et genitum; et inter ~~amantem et amatum, seu inter~~ Spirantem, et Spiratum est uera oppositio relatiua.

Hæc breuiter proposui, ad explicandum eo modo, quo fieri potest, hoc ineffabile mysterium. Neque ex his erit difficile responsio ad obiectionem aduersus. Recipiuscipimus ~~personarum Dei adsignando attributorum nomina, quæ dicta~~ sunt

~~eadem ratione peculiari quadam ratione tribuuntur illis~~
~~personis fideles attributa quæ pertinent ad intellectum,~~
~~ut sapientia et scientia tribuuntur filio, qui procedit per~~
~~intellectum. Amor autem et bonitas et misericordia, quæ perti-~~
~~nent ad voluntatem, tribuuntur Spiritui Sancto, qui procedit per~~
~~voluntatem. Cæterum licet alia attributa communia sunt~~
~~omnibus divinis personis, eas identificando cum essentia,~~
~~quia conveniunt eis eadem essentia, nec obstat quin realiter ab~~
~~invicem distinguantur~~

Tertium Armedi argumentum erat, quia si in Deo es-
sent tres personæ, essent etiam tres dij; cum unaquæque per-
sona sit Deus. Inde sequeret aliud absurdum, quod quæ-
libet persona constitueret tres alias personas, et consequen-
ter tres alios deos, et sic daretur processus in infinitum

Sed respondemus, licet unaquæque persona sit Deus, non
esse tamen plures, sed unum tantum Deum: quia nimirum
una eademque divina essentia, communis est tribus personis,
nequit autem quamlibet personam habere propriam et
peculiarem essentiam. Hoc autem in Deo non repugnat,
propter infinitam illius perfectionem

Ad id quod dicebat Arrianus, ~~minimum~~, unamquam-
que personam debere constituere tres alias personas: respon-
demus falsum esse: quia essentia divina id communicabi-
ta personæ est alterius incommunicabilis; nec tamen ha-
bet minorem perfectionem, quia semper intelligitur infinitè
perfecta, sive sit communicabilis, sive communicata

^ quia conveniunt eis essentialiter, nec realiter distinguuntur inter se, nec ab essentia divina, ut fatentur etiam quidam Doctores Mahumetani

Concedimus igitur Adversarij, omnia attributa, cum accipiuntur notionaliter seu relative, esse Personas: sed tunc omnia attributa sunt synonyma Personæ illius, cui tribuuntur. V.g. Potentia Dei idem ac Pater: Sapientia idem ac Filius: Charitas, misericordia, Vita iuxta Jacobitas, idem ac Spiritus Sanctus.

Cæteris Attributis propriè sumptis non potest esse Persona, neque Dei Persona, quia nulla ibi datur oppositio relativa

uel incommunicabilis. Negetur. Licet unaquæque persona sit Deus, est tamen omnino idem Deus, ac sit alia persona, quæ non benè colligitur quamlibet personam, eo quod sit Deus, debere constituere tres alias personas.

Hæc pinguiori, atque lebetiori Mahumetanorum ingenio, addua nimis ac difficilia forsan videbuntur. Quamobrem facilioribus rationibus, et non nullis comparationibus mysterij huius difficultatem, uel saltem impossibilitatem illis auferre conabor.

Prima ratio est, quia cum Deus sit infinitè bonus, debet etiam esse infinitè communicabilis: natura quippe boni est communicatiuum sui. Porrò Deus potest duplici modo se communicare: primò ad extra: secundo ad intra. Primo modo non potest communicare se infinitum, quia sequeretur aliquam creaturam posse esse Deum, quod omnino repugnat. Superest ergo ut communicet se infinitè ad intra. Hoc autem facit dum essentiam seu diuinam naturam communicat personis diuinis, quomodo, quem superius explicauimus.

Secunda ratio: Licet unitas, seu singularitas sit aliqua perfectio: solitudo tamen, quam fert secum, redetur imperfectio. Et ideo Sapiens in sacris Literis, Deum, nullum animal creasse solitarium. Et cum creasset hominem, dixit: Non est bonum hominem esse solum. Perfectius igitur erit illud, quod cum summa unitate sibi etiam aliquam

aliquam facietatem, quam illud quod manet omnino solitarium

Secundo: Scimus ex sacris Literis, Deum delectari societate Hominum, et Angelorum: ideoque Salomonem Proverb. cap. 8. dixisse: Deliciæ meæ esse cum filijs Hominum. 185

Hoc ipsum clarius scimus ex toto libro Cantici Canticorum. Si ergo societas creaturarum pertinet ad Dei felicitatem: multo magis pertinebit societas divinarum personarum. Ergo, si non esset, non esset ei deneganda hujusmodi societas. 5/2

Quarta ratio est: quia scimus ex sacris Literis Deum creasse Hominem ad imaginem, et similitudinem suam. Hæc autem imago et hæc similitudo non potest sita esse in corpore, ut omnes concedunt: ergo erit tantum in anima.

Verò anima rationalis cum sit unica et simplex in essentia, habet tamen tres potentias inter se realiter distinctas: memoriam scilicet, intellectum, ac voluntatem: licet aliqui sentiant intellectum et voluntatem unam tantum potentiam. Hæc tamen duæ potentiæ officium animæ unitati ac simplicitati, cum illæ Probabilem sententiam non distinguatur ab ipsa anima essentia, nisi forte distinctione virtuali intrinseca, licet inter se saltem quoad diversas operationes realiter distinguantur. Hoc autem videtur esse id, in quo maximè consistit similitudo Hominis cum Deo. Ergo non sine magno fundamento admittimus in Deo similem distinctionem personarum, cum unitate essentiæ.

Hæc duæ rationes, quibus ostendi quædam comparationes, ex quibus Sacræ mysteriæ probabiliter prob-

stabilire ostendatur. Prima est puncti in linea, quod cum sit entitas indivisibilis, habet duo predicata opposita: ultimum finis linee precedentis, et initium linee subsequentis. Secunda, partium metaphysicarum in homine, nempe animalis, et rationalis: que cum distinguantur ad invicem quod operationes, sunt tamen identificate cum essentia hominis. Tertia, anime eiusdem hominis, que cum sit una in essentia, est tamen trina in potentia, nempe vegetativa, sensitiva, et rationalis. Quarta graduum entis inter se distinctorum, et tamen identificatorum in ultima specie: in homine enim reperiuntur ens, viuens, sensibile, rationale; que in lapidibus, plantis, iumentis et Angelis inueniuntur distincta: in homine vero sunt realiter distincta quoad effectus, et tamen identificata cum essentia hominis. Videmus etiam in mouilibus eiusdem hominem existere vnam personam. V.g. Regis, Sacerdotis, et ducis exercitus: et verum est dicere: Rex est sic homo: Sacerdos est sic homo: Dux exercitus est sic homo: non tamen verum est dicere, persona Regis in hoc homine est persona Sacerdotis vel ducis exercitus. ~~Videmus etiam eandem entitatem~~

Alia huiusmodi multa adduci possent exempla, in ~~quibus~~ que cum aliqua tertia realiter ~~identificantur, illaque mutuo~~ ~~distincta, vel opposita~~. Cetera in nulla rerum creatarum comparatione reperitur adequata mensura cum ineffabili Sacratissimæ Trinitatis mysterio, quod ex diuina tantummodo revelatione certissime credendum est.

Suppositis testimonijs Scripturarum, rationibus, et compa-

comparationibus addi potest primò testimonium Veterum Judæorum, de quo videri potest Illustrissimus D. Josephus Ciantes Episcopus Masicanus, Vir in rebus Hebraicis versatissimus in Tract. De Sanctissima Trinitate ex antiquor Hebræor testimonijs evidenter comprobata: ex quo precipuum aut Sanctiores et illustriora testimonia sic ego producam.

R. Moyses Cordovenus, Doctor apud Hebræos insignis, in lib. Laudes Rimmonim, affirmat, in Deo esse tres Luces, easque vocat, trium occultarum existentium in Deo, et a creaturis distinctarum. Ad hoc probandum affert antiquorum magistrorum sententias, et in primis R. Hai Gaon, qui communi Hebræor calculo, præclarissimum Sapientiæ Lumen fuit appellatus. Hic in Tractatu Iaatsa Zoth cap. 1. ita suos discipulos alloquitur: Nunc vobis declarabo tres sublimes Luces, quæ sunt supra decem Sephiroth (id est intelligentias), quarum nomina a nostris Veteribus Sanctis accepimus: Lucem intrinsecam antiquam: Lucem clarificatam: et Lucem claram. Hæ tres Luces sunt in Infinito (scilicet Deo). Addit R. Samai Gaon: Has tres Luces, cum tres sint, esse principium et causam aliarum principiorum. R. Simeon Ben Jochai sic loquitur de his tribus Sanctis: Sunt Luces unitæ in substantia radicis, quam ob se necesse est esse. In hoc firmantur omnia arcana fidei. Ex his habemus veteres Hebræos tria in Deo entia posuisse, quæ tres Luces, tria occulta, tria principia, tres radices, et aliis nominibus appellasse.

Affirmant præterea Has Luces alteram ab altera emanare, et ped hoc ab invicem realiter distingui. Item R. Cordovenus lo-

co citato: Verùm (inquit) causa distinctionis Sanctum trium Sanctum nascitur ex diffusione, et processione earumdem in propria substantia: et non est causa manifestandi se alicui ad extra, extra ipsum (scilicet Deum). Sed quia sabent suam originem seu processionem, et patefactionem in propria substantia. Et hoc est illud quod dicit (B. Ali Iaon): Et ipsum (idest infinitum, seu Deus) se ipsum diffundit, et emanat in radice occulta. Deinde eamdem doctrinam magis explicans hæc subdit notatu digna. Putauimus in hoc capite declarare mysterium Sanctum trium occultorum claritate congrua intellectui intelligentis. Verùm ita se se res habet, quod non sunt cogitationes Dei cogitationes nostræ, neque uiæ eius uiæ nostræ. Quia quando homo efformauit in suo intellectu aliquod esse, ut illud producat, eius cogitatio in actu non est, dum in eadem cogitatione perseuerat. Et licet illud esse formet, et effingat in suo intellectu; forma illius esse, quod producere uult, eius actu non esset, donec ad actum id non producat, et in esse negotiali substantiali exterius, quia nullam habet existentiam, et actualitatem. Verùm non sunt eiusdem rationis opera, et productiones Regis regum (i. Dei): quia quando uoluit formare, et producere productionem et emanationem sanctam ac mundam (i. producere Verbum seu Filium) tunc producit et formauit totum in sua substantia, sine aliqua mutatione in seipso: absit hæc: sed illud esse in sibi unitum est, ut inter producentem, et esse produci nulla sit differentia. Et ipse et ille (nempe Deus et Sues) sunt eadem, et una substantia, unum principium

Cuius

Cuius non uidet Lis ueteum Hebreorum doctrinis manifeste proponi mysterium Sme Trinitatis? Cum ponantur in Deo tres entitates realiter inter se distincte, et identificate cum unica essentia Dei. Neque dici potest Q Sus tres Luces intelligere attributa Dei: nam Sec sunt multo plures quam tria. Neque intelligere attributa aliquid esse in Deo, non continet singulare aliquid ignotumque mysterium. At Doctores illi ueteres Hebreorum, Sanum trium Lucum arcanum proponentes, asseuerant rem esse difficillimam intellectu, profundamque impenetrabilem. Quamobrem Rs. Hai Gaon in libro Laudes Israel cap. 1. Hec habet: Sapientes peculiari modo inuoluerunt non declarari Sanc Sapientiam, et Sunc mentis conceptum, quia est supra captum omnis creature. Neque est intellectio que possit ad illa pertingere, quia nulla cognitio cuiuscunque creature potest ea percipere. Idem R. Hai Gaon interrogatus ab aliis Doctoribus de tribus Lis alucibus, ait: Responsio ad Sanc interrogationem inuoluit magna profunditate, et fuit in publico proposita longe ante nos, et temporibus generationum preteritarum, et a nostris Veteribus: et eius declaratio prolixa est, et requirit longum tempus, quia inuoluitur in Sapientia occulta, et in arcanis prophetiarum, et traditionum Sapientium egregiorum. Eodem modo loquuntur ceteri Doctores. Ex quo colligitur antiquos Hebreos necessario in predictis tribus Lucibus aliquid agnouisse, quod ab attributis esset ualde diuersum. Nam quid magnum aut ualde arduum est cognoscere uel intelligere, Deum esse Lucem antiquam seu eternam, claram et clarissimam, cum omnes etiam pos-

1 80
5 R

sese optime hoc intellexerint, et confessi fuerint. Quid amplius est hoc, quam intelligere Deum esse Sapientem, potentem, iustum, misericordem? Quid ergo erat, ut prisci illi Sapientissimi Hebreorum magistri detenerentur omnes ad huius rei speculationem, tanquam omnem captum excedentis, et prorsus inintelligibilis. Iam ut profundè rem cepisse G. Aaron in Libro Laudes loco citato: Res est perdifficilis intellectu, quod tres sint tres, et totus sit unum et idem

Non multum refert quod Sas tres Luces, prisci illi Hebraei non nominauerint expresse, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, cum tamen Christiani huius nomine unamquamque personam appellent. Non enim uis facienda est in nominibus, sed in rebus. In Sacris tamen Literis utriusque Testamenti, nomina Patris, et Filij, et Spiritus Sancti expresse commemorantur. Quid ijdem Sapientes Hebrei uocant Sas tres Luces פנים, numerus ad ostendendam pro rem earum inter se distinctionem: itemque יהוות Hypostases: et פנים הפנימי facies seu personas intrinsecas. More Christianorum

Addi potest secundò, numerum ternarium non solum apud Hebreos, sed etiam apud cæteras gentes semper fuisse celebrem, mysticum, ac sacrum, et quodammodo natum ad diuinum Numen mortalibus significandum. Omitto de Sacrificiis testimonia adducere tam Hebræorum, quàm Christianorum Philosophos, eo tantum contentus, quod cum summus Iudæorum Sacerdos populo benediceret, trina benedictione cum trina diuini nominis invocatione uteretur, ut Sabeus in Lib. Numer. cap. 6. Versiculis:

Sic

Sic benedicetis filijs Israel: ~~Illuminet Deus~~ Benedicat tibi Deus, et custodiat te: illuminet Deus faciem suam super te, et misereatur tui: Conuertat Deus faciem suam ad te, et det pacem tibi. Vbi illud notandum, ut obseruat Petrus Alfonsi in Dyalogo aduersus Iudæos cap. 6. Quoties Summus Sacerdos in Lac benedictione nominabat nomen Dei יהוה: ,tres digitos, pollicem, indicem et medium in utraque manu iectos alterius alterebat: et deinde ut prius fuerant, remittebat.

Lectio addi potest, etiam ueteres illos gentium Philosophos, Hebræorum præcul dubio disciplina eruditos, Sanctæ Trinitatis mysterium aliqualiter agnouisse. Trismegistus enim in Pimandro sic habet: Mens illa, quæ Deus est, utriusque sexus cum sit, cum sit uita et lux, produxit uerbo aliam mentem operatricem. De eodem Trismegisto ita scribit Suidas: Dictus est ter maximus, quia de Trinitate locutus est, dicens in Trinitate unam esse deitatem, sic: Erat Lumen intelligibile, prius lumine intelligibili; et erat semper mens a mente lucens. et mox: Iam Verbum eius absolutissimum est, ac fœcundum, et opifex in natura fœcunda. Legitur in Pimandro ita introducit Deum loquentem: Lumen illud ego sum, mens, Deus tuus: mentis ueró germen, Verbum lucens, Dei filius, quorum unio uita est. Sic Plato, Mens: Filius, Verbum: Spiritus Sanctus, Vita; quo nomine ab aliquibus etiam Christianis nationibus hodiè Spiritus Sanctus appellatur, quem nos quoque Viuificantem confitemur. Zoroastres quoque Trismegisto coæuus, uocat Deum πατερικὸν μονάδα patrenam unitatem: et addit, τοῦτον ὄντα μονάδα ἐν δύο γένεσι

ἑνὰς γὰρ τῶν ὅλων : Carentia est unitas, quæ duo generat: dualitas autem apud eam sedet. Ponit ergo Triadem in Deo, si monas, sive unitas eadem gignit. Quamobrem subdit: τὰ γὰρ ἐν πόρῳ λάμπει τρεῖς τὴν μοναδ' ἀεχέι. Vnitas enim in mundo fulget Trinitas, cuius principium est Vnitas. Quæ alia ueterum Philosophorum possem de hac eadem re testimonia clarissima profere: sed hæc pauca sufficiant, quæ nullo modo dicere possunt Mahumetani a Christianis fuisse conficta, quemadmodum neque illa quæ ex Hebreis retulimus: nam utraque longè ante exortam Christianam religionem suscepta fuisse manifestum est.

Postremò ex ijs quæ Moslemi Doctores de Deo uel in Deo credenda esse affirmant, licet percommodè aduersus eosdem probare sacrosanctæ Trinitatis mysterium neque idololatriam, neq; ullum ex ijs absurdis quæ ipsi nobis obijciunt contingere: ac præterea etiam ex eorum principijs illud admittendum esse, et concedendum. Sciendum est autem duas apud Mahumetanos celeberrimas sectas inter se omnino oppositas reperiri. Prima est المعتزلة Motakezelitarum seu Separatorum. Secunda الصفاتية Saphatitarum, seu Attributariorum. De prima ita scribit Gregorius Abulpharagius in Lib. de Historijs Arabum: Porrò Motazelitæ conueniunt communiter in demouendo attributa æterna ab essentia Dei, ut fugiant distinctionem Christianorum, quos tenent Christiani. Non nulli itaque ex illis dicunt Deum scire non scientiam, sed propriam essentiam: et ita potentem esse, et uiuere propriam essentiam. Alij uerò dicunt illum

scire

scire & scientiam, que est essentia ipsius: et eodem modo esse potentem et uiuentem. Quimi negant omnino attributa: secundi consentiunt, itatamen, ut sint idem cum essentia. Omnino autem negatio attributorum desumpta est à Philosophis, qui asseuerunt Dei essentiam esse unam, nullamque in ea multiplicitatem cepperiri. De secundis uerò sic refert: Oppositi Motazelitis sunt Sifatite, qui statuunt in Deo attributa eterna scientię, potentię, uitę et similium. Et quidam eorum eò processerunt, ut ponerent in eo attributa visus, auditus, et sermonis qualia sunt in corpore humano; affirmantes uerba Alcorani, quibus asseritur, Deum sedere super thronum, uerae manum, et alia huiusmodi, accipienda esse propriè, et prout sonant, nec aliter exponenda. Quidam tamen ex illis, sicut Abulhasanus Scientiensis Asce[illegible]ariensis et alij, tractantes Theologiam scholasticè, proli=xiores fuerunt circa sic similitudinem, uel comparationem. Et hęc est sententia Sommitarum, et Concilianis. Hactenus uerba Auctoris ex Arabico fidelitèr translata. Nimirum sententia apud Moslemos Orthodoxa, et de fide tenenda, hęc est, quemadmodum habetur ex professione fidei conscripta ab Algazalo Abu-Ahmedo ebnono Mohamedo Iusino in hęc uerba:

واذا كانت له هذه الصفات كان حيّا عالمًا قادرًا مريدًا سميعًا بصيرًا متكلمًا
بالحياة و العلم والقدرة والارادة والسمع والبصر والكلام لا بمجرد الذات

Cumque competant illi (nempe Deo) hęc attributa; est tamen uiuens, sciens, potens, uolens, audiens, uidens, loquens & uitam, scientiam, potentiam, uoluntatem, auditum, uisum, sermonem; non & simplicem essentiam.

Lex Soc pater manifestè, uelos Mahumetanos ponere distinctionem realem inter attributa Dei, et eius essentiam. Nam si esset tantum distinctio rationis, uel & intellectum, approbarent sententiam Motazelitarum, quam ipsi, ut falsam et hereticam, rejiciunt. Eodem idem est si dicas Deum V.g. scire non & scientiam, sed & essentiam, ac dicere Deum scire & scientiam, que sit ipsa essentia: in Lex enim secundo modo dicendi solum potest concipi aliqua distinctio rationis, uel uirtualis inter essentiam et attributa. Et ideo sonnite, qui certissimum est Orthodoxi, utrumque dicendi modum eque rejiciunt. Si autem attributa Dei, ut scientia, et potentia, identificaren tur cum illius essentia: male dicerent Moslemi, Deum scire et posse & scientiam et potentiam, non & simplicem essentiam. Itaque uelint, nolint, cogunt ponere in Deo distinctionem ueram et realem inter essentiam Dei, et attributa illius.

Magis ostenditur uis argumenti, ex eo quod sonnite eodem modo uolunt subsistere in essentia Dei & attributa, ac subsistat Alcoranus. Est enim certissimum dogma apud eos, reperiri Alcoranum increatum, qui instar attributorum subsistat in essentia Dei. Ita Algazalus in professione fidei: Credere, inquit, oportet de Alcorano, انه قديم قايم بذات الله لا يقبل الانفصال والفراق بالانتقال الى القلوب والاوراق: ipsum esse eternum, subsistentem in essentia Dei, neque ab ea diuidi, aut separari, dum in corda uel in sacras transfertur. Ecce sic sonnitis, utrum Alcoranus iste eternus, distinctus sit realiter ab ipsa essentia, nec ne? si non est realiter distinctus

tur, ergo identificatur cum illa, et ita consequens est ipsa essentia Dei; ergo est Deus: et tantum nomine, uel ratione differt ab Alcorano. Adde non solum absentia, sed a rebus quoquo modo distingui realiter Alcoranum: aliàs enim dici poterit illum esse scientiam, uel potentiam, uel uitam uel auditum Dei. Quod si dicant in essentia Dei esse ideam Alcorani, et ideo Alcoranum in illa subsistere: respondebimus, non unius tantum Alcorani, sed omnium rerum ideas hoc modo in essentia diuina repperiri, quatenus Deus omnia cognoscit. Hoc tamen non addit aliquid reale supra ipsam essentiam

Huc accedit, quod licet somnite pro Hereticis habeant Sapientes, quatenus conueniunt cum Anthropomorphitis: conueniunt tamen cum eis in hoc, quod omnia, quæ de Deo dicuntur in Alcorano, ut audire, uidere, sedere, habere manus, oculos, pedes &c. conueniant Deo proprie, et uere, sed ratione prorsus dissimili ac conueniant creaturis, in quo differunt saltem a quibusdam Sapientibus Anthropomorphitis. Ita affirmat Algazales in professione fidei: (credendum est (inquit) quod Deus

يرى من غير حدقة واجفان ويسمع من غير اصخة واذان كما يعلم بغير قلب ويبطش بغير جارحة ويخلق بغير آلة اذ الا تشبيه صفاته صفات الخلق كما لا تشبه ذاته ذات الخلق وانه تعالى متكلم آمر ناهى واعد متوعد بكلام ازلى قديم قايم بذاته لا يشبه كلام الخلق فليس بصوت يحدث من انسلال هواء واصطكاك اجرام ولا بحرف ينقطع بانطباق شفة او تحريك لسان وان موسى سمع كلام الله بغير صوت ولا حرف كما يرى الابرار ذات الله من غير جوهر ولا عـــــــ

= uideat sine pupillis et palpebris: et audiat sine meatu et auribus,
= quemadmodum scit sine corde, et motitud sine instrumentis:
= cum non sint similia attributa ipsius attributis creaturarum,
= neque essentia eius essentiæ creaturarum. Lecterea credendum
= est quod Deus loquatur, iubeat, prohibeat, promittat, commi-
= netur sermone eterno sempiterno, qui subsistit in essentia
= eius, nec similis est sermoni creaturarum, nec consistit in uoce
= que oriatur e commotione aeris, et collisione corporum: neque
= lingua que formetur concursu labiorum, aut motione linguæ.
= Lecterea quod Moyses audierit sermonem Dei sine uoce, et si-
= lentio, sicut uident iusti essentiam Dei sine substantia et ac-
= cidente. Et paulo superius loquens de sessione Dei su-
= per thronum, credendum esse ait: انه مستوٍ على العرش على الوجه
الذى قاله وبالمعنى الذى اراده استوا منزها عن المماسة والاستقرار و
المتمكن والحلول والانتقال: quod throno insideat eo mo-
do, quo ipse dixit, et in eo sensu, quem ipse intendit, sessionem
remotam a contactu, et insidentia, et situ locali, et existentia
in altero, et motu locali. Itaque uolunt homines Deum au-
dire, uidere, loqui, sedere, et aliquid distinctum a simplici es-
sentia. Atqui hoc si bene res perpendas, coincidit eum sen-
tia mittere Saracenarum, quam tenuit Abul Sarius, atque
doctiores Mahumetanorum, imo homines ipsi tanquam ue-
dacam profitentur. Quomodo enim nulla fiat comparatio
ad creaturas, ea que de Deo labet Alcoranus, ad literam in-
telligenda esse æstimant. Quomodo autem sic sieri possint,
neque intelligunt, neque curant intelligere. Dicunt enim,
textu

teste Salei Sectario, quem allegat Leo Hokius in Notis suis ad Abul-
phagium: عرفنا بمقتضى العقل ان الله ليس كمثله شئ فلا يشبه شيئا من
المخلوقات: Nos scimus ex dictamine intellectus, nullam rem esse
similem Deo, nec Deum, similem esse ulli rei creatæ. Quo posito,
nihil aliud scire curant, nisi firmiter credere: و انه لا شريك له و
ليس كمثله شئ: nullum Deo esse socium (i. consortem in divinita-
te), et nihil esse sicut illum. Quamobrem textus Malecano
filium Annæi dixisse: الاستواء مجهولة والايمان به واجب و
السوال عنه بدعة: quomodo Deus sedeat super thronum, ignotum
est: sedere tamen, necessario credendum est: sed curiosius de eo
inquirere, hæresis est

Dicant nunc nobis Mahumetani, quid sint attributa illa
in Deo, realiter distincta ab eius essentia, in qua tamen dicuntur
subsistere. Sunt ne substantia, an accidens. Non posunt re-
spondere esse accidens: quia in prædicta eorum fidei professione
excluduntur a Deo accidentia: dicitur enim in illa: لا تحل
الحوادث ولا تعتريه العوارض Non subsistunt in eo contingentia, ne-
que adveniunt ei accidentia: et hoc bis ibidem asseritur. Ergo si
attributa ista non sunt in Deo accidens, in quo nos etiam convenimus,
erunt substantia. Quod vero in prædicta professione dicatur de
Deo: انه ليس بجوهر ولا تحل الجواهر: Non est substantia, neque recipi-
untur in eo substantiæ: verum est, si accipiatur substantia ci-
rose prout substat accidentibus: falsum vero si accipiatur
substantia prout contradistinguitur ab accidentibus. Hoc modo
si attributa in Deo non sunt accidens, erunt necessario sub-
stantia. At nulla potest esse in Deo substantia, quæ non

sit identificata cum eius essentia: ergo uelint nolint, coguntur po-
nere in Deo distinctionem realem inter attributa, et essentiam,
uel saltem inter ipsa attributa ad inuicem. Atque ita si putant
Xristianos esse infideles, quia ponunt in Deo tres personas seu
proprietates distinctas quidem realiter inter se, sed identifi-
catas cum essentia, ita ut non possit dici nisi unus Deus: quo-
modo non erunt ipsi magis infideles, dum ponunt in Deo tot
attributa realiter distincta non solum inter se, sed etiam
ab essentia, cum tamen idem sint cum essentia? Hoc om-
nibus obijciebant Motazelitæ, prout refert Autor libri
Almauakef, his uerbis: كفروا النصارى بقدماء الثلثة فكيف
السبعة او اكثر. Infideles sunt Christiani, eo quod ponant tria
æterna: quantomagis erunt illi, qui ponunt septem, aut plura?
Hæc dicere possunt sonnite, de illis attributis non posse pre-
dicari Deum, itaut unumquodque eorum sit Deus: sicut Chri-
stiani asserunt unamquamque personam esse Deum: nam
quid quid est in Deo est Deus: et hoc cognoscunt, et fatentur
omnes ex ipso lumine naturæ. Cogunt igitur sonnitæ uel
amplecti doctrinam Motazelitarum, negando in Deo omnia
attributa, quod ipsi tanquam heresim detestantur: uel fa-
teri plures esse deos inter se distinctos unà cum illo Deo,
quem nos Christiani unicum fatemur. Quòd si respondeant,
se quidem credere omnia attributa illa esse Deum, licet distine-
tantur realiter ab essentia, et inter se, nec tamen esse plures
Deos, sed unum tantum Deum: ueruntamen se non posse hoc intel-
ligere, neque huius rei rationem reddere: eodem modo nos illis

× المواقف

respon-

respondebimus, dum ab ijsdem arguimur, quod tres in Deo personas inter se realiter distinctas, et cum essentia identificatas profitemur.

Hoc argumento convicti Mongitæ Cadienses (qui sunt una ex sectis Mahumetanorum), quemadmodum refert Ismael Ebn-Aly in suo Chronico, dixerunt: ان قول القايل ثالث ثلثة ليس بكفر لكنه لا يظهر الا من كافر Dictum dicentis, Tertius Trius, non est infidelitas; licet non usurpetur palam nisi ab infideli. Quod idem est, ac dicere: Asserere tres personas in Deo, itaut Christus sit tertia earum (ita enim Syri Christiani vocat Christum, nempe Tertium Trinitatis) non est sententia quæ contineat aliquid contra sanam fidem, licet talis modus loquendi nõ sit in usu nisi apud Christianos. Quin etiam Tarabitæ (est alia secta Mahumetanorum, de qua idem Ismael ibidem) asserebant الالهة لخمس اشخاص اصحاب الكسا وهم محمد وعلى وفاطمة والحسن والحسين وقالوا خمستهم شئ واحد: Divinitatem esse in quinque personis nobilissimis, et has quinque personas esse unam rem: nempe Mahumetum, Alym, Fatemam, Hasanum, et Hoseinum.

Præterea reperiuntur inter recentiores Mahumetanorum sommitarum Sectas, una eorum, qui a Turcis vocantur Esclavaki, nimirum, Illuminati. De quibus Author Historiæ Imperij Otthomanici testis oculatus, Lib. 1. cap. 12. Sic habet: Secta eorum, qui vocant Esclavaki, seu Illuminati, est meræ Pythagoricæ. Qui ea profitentur, in contemplatione divinæ ideæ, et numerorum, qui in Deo sunt, præcipuè versantur. Quamvis enim Deum esse credant, non tamen negant illius Trinitatem: eam quippe

uelut numerum considerant, qui ab unitate procedat. Et ut melius
Sane suam sententiam persuadeant, utuntur plerumque compara-
tione trium flexurarum, quæ fiant in sudariolo, uel linteolo,
quod potest bene admittere denominationem terniæ numerei,
quamuis reuera sit unum tantum linteum, dum explicatum
fuerit. Huiusmodi homines sunt e sapientissimis, et pru-
dentissimis Mahumetanorum. Ex quibus uides, illos qui nõ
ex Mahumeti crassitie, sed ex ratione et ueritate res metiun-
tur, a sanctæ Trinitatis mysterio nullatenus abhorre-
re, quin potius illud approbare et amplecti: id quod pro-
cul dubio Mahumetani omnes facerent, si recte ritèque doc-
trinam illius intelligerent.

Neque prætereundum est Almedum Ebn-edrisum
Doctorem inter Moslemos celeberrimum, ab ipsa ueritate
conuictum, non diffiteri omnia Dei attributa, quæ alij sep-
tem, alij nouem enumerant, posse appellari, imo esse Deum:
ait enim: كل احد من التسعة اله لان كل واحد منها هو لكل واحد
من الثلثة الاولى Vnumquodque ex his nouem (id est attributis) est
Deus, quia quodlibet ex illis æquale est unicuique ex primis
tribus. Quid quid sit de ratione, quam affert, nobis satis est
illum approbare quodlibet attributum esse Deum. Cum au-
tem, ut iam dictum est, attributa sint inter se, et ab essentia
realiter distincta, iuxta sententiam Mahumetanorum, ne-
cessariò ponendi erunt in uno Deo plura diuina. Nam, ut bene
ratiocinatur Maimonides sapiens Iudæus in Prologo Pirkè, ma-
let consequentia الى قول بقدماء المتعددة من اثبات العقل ad asserendos

Dos plures eternos a positione Attributorum. Hoc autem adeo
dum non sequitur in mysterio Trinitatis, in quo personæ identi-
ficantur cum una eademque essentia
Sic operæ pretium fuerit, Christianum Lectorem admonere, Ma-
humetanos, ut fidei nostræ religionis nostræ mysteriis fidem
adimant, ea plerumque fabulis nugisque permiscere. Ita
hoc loco prefatus Almedus, allegans auctoritatem suorum, ac
nostrorum Auctorum (quamuis apud nostros nihil hu-
iusmodi reperiam) fingit Christum, dum viueret paucos ex
Israelitis secutos fuisse. Cum autem sublatus fuisset in
Cœlum, plures illum celebrare cœpisse, ita ut sexcenti fe-
re homines religionem illius secuti fuerint, qui etiam
alios numerum ad eam compellarent. Contra hos insu-
gens Saulus, alio nomine Paulus, qui erat Rex Israeli-
tarum, eiecit eos e Syria. Postea uerò Dum etiam mutato habitu inter
Christi aspectas, ut eos facilius falleret, accurrebat. Sed ab
illis cognitus, captusque fuit. Ipse uerò confessus est, se non
ita pridem, et oculis, et auditu, et sensu omni orbatus, nouus
fecisse, Christo se nomen datuum, dum a malis istis libe-
raret. Hunc ergo sibi ipsi restitutum, se fidem nouam solutu-
rum, et inter Christianos reliquum uitæ suæ spatium transi-
turum. Exuuxere autem Christianorum proceres nouo pro-
selyto sacellum, in quo aliquot missionibus de instituendis
religionis Christianæ ritibus fuit admonitus. In prima missio-
ne reuelatum ei fuit, Christianos, qui antea ad Hierusalem
conuersi orabant, conuerti deberent ad Orientem. In secunda

iussus est auferre ciborum diuerſimen. In terria clauſus in eo ſacello uidit quoſdam myſteria, quæ ut poſſet patefacere, iuſsit omnes egredi foras, excepto Neſtorio, Iacobo, Meſone, et Fideli. Cumque id ſeciſſent, dixit Paulus, se cenſere illum qui ſanaſſet ceſos a natiuitate, et Leprosos, et ſuſcitaſſet mortuos, eſſe Deum qui apparuit mundalibus. Reſpondérunt quidam eorum, se idem cenſere. Alij uero dixerunt: Non unum, ſed ſi ſunt tres, Deus, et Filius eius, et Spiritus Sanctus. Alij uero dixerunt: Deus, et Filius eius. Alij demum aſſeruerunt, ipſum eſſe Deum, qui incarnatus fuerat pro hominibus: et ſic diuiſi ſunt in quatuor partes.

190 Porrò Iacobus affirmauit ex dicto Pauli, Deum eſſe Trinitatem: et hoc amplexi ſunt ſectatores eius, qui ſunt Iacobitæ. Neſtorius autem dixit: Chriſtus eſt filius Dei per gratiam ab eo adoptatus. Et in hoc habuit ſectatores Neſtorianos. Porrò Meſon dixit, Deum eſſe Trinum in perſonis. Et ſecuti ſunt illum in hoc ij qui dicuntur Meſonitæ. At uero Fidelis iungens dixit eis: Maledicat huic Deus. Hic ſanè nihil aliud moliebatur, niſi ut eos reducat. Non etiam fuimus aſſecle Chriſti, et uidimus Iesum, et audiuimus uerba eius. Dixit autem Paulus ſocijs ſuis: Surgite pugnemus contra hunc Fidelem, et occidamus eum, et ſocios eius. Egreſſus autem Fidelis dixit ad ſuos: An neſcitis Chriſtum eſſe ſeruum Dei, et Legatum eius, et illum hoc idem uobis dixiſſe? Reſpondérunt: Ceteri ita eſt. Legit Myſologus, ordinans, quomodo Fidelis cum ſuis, conſcenſis equis, perſecuti ſint Meſonem, et

eius

eius aspectus, et profligauerint eos in Syria: et quomodo Paulus, cum ex Christi persecutore factus fuisset Christiane religionis, et sanctissimæ Trinitatis propugnator accesserit, se ipsum in quodam monte decreuerit sacrificare: quamobrem tres Reges ad se aduocauerit: eisque seorsim singulis uerba quædam insusurrauerit, ita ut quilibet eorum post eius mortem crederet sibi soli commissam esse doctrinæ eius ueritatis. Mortuo uerò Paulo, litem de illius reliquijs inter eos obortam esse contingit, et ad eam dirimendam, cadauer illius combustum, et in cineres redactum, equalited illis distributum fuisse. Neque sic tamen acquieuere. Domum enim tres illi Reges reuersi, magnas simultates inter se fouebant, cum sibi quique persuaderet, uni sibi tantum, ueram fidei doctrinam traditam fuisse.

Laculit sas nugas Madumetani Doctoris, et quidem recentiori ætate, ut quilibet certò agnoscere possit quanta Mosemis Sapientibus fides habenda sit, cum sic inter eos sapientissimus, tam fidenter, et ueluti ex tripode, asserat Nestorium, et Jacobum Jacobitarum antesignanum, fuisse Pauli Apostoli auditores: cum alter quadringentis ferè annis, alter plusquam quingentis, etiam secundum sinceriores Madumetanorum historias post eundem Paulum uixerit. Illud uerò ridiculum, quod Melchita a Melchone Pauli item auditore dictos fuisse affirmet, cum si a uoce Hebraica מַלְכָּא: uel Syriaca מַלְכָּה, quæ Regem, seu Imperatorem sonat appellati sint: et ita Sadie quoque, teste Gabriele Syonita, et alijs

Auctoribus fide dignissimis, ab Orientalibus, Graeci vocantur, quia religionem Imperatorum suorum, et praesertim Marciani Concilio Chalcedonensi contra Dioscorum celebrato steterunt: atque utinam Sedis quoque sequerentur.

سورة المائدة مدنية
مائة وعشرون آية

SVRA. V.

MENSA

Medinensis:

centum ac viginti com=matum.

In Nomine Dei Misereatoris Misericordis.

1. O Qui credidistis, satisfacite pactis

2. Licitum est uobis brutum pecorum, preterquam quod Legitur uobis illicitum uenationis cum uos estis in sacra peregrinatione: nam Deus decernit id quod uult

3. O qui credidistis, ne licita faciatis sacraria Dei, neque mē sem Sfaram [i. ne uioletis ea uenando uel preliando in ipsis], neque munus [i. pecus quod deferetur ad immolandum in Mecca] neque aggeneratum [i. ramos seu alia, que aggenerandum ei dem ceteri, ut sit securus in itinere], neque tendentes ad domum Sfaram [i. Templum Mecce], qui quærunt abundantiam a Domino suo per mercaturam, et beneplacitum eius. Cum autem b absolueritis peregrinationem; tunc uenamini. Et ne impellat uos odium quorumdam, eo quod excluserint uos ab Oratorio Sfaram, ut preuaricemini contra eos pugnando in mensibus

a peregrinates

b soluerit,

sacris; et adiuuetis uos inuicem contra iustitiam, et pietatem;
et non adiuuetis uos inuicem contra iniquitatem, et preuarica-
tionem. Timete itaque Deum: nam Deus uelemens est in
puniendo

4. Quolibetum uobis morticinum, et sanguis, et caro porci,
et quod immolatum est alij quàm Deo: et suffocatum; et
quod occisum est percussione: et quod capens ab alio mortu-
um est; et quod cornu icerum intercijt; et quod comedit fera:
(exceptis ijs, que adhuc uiua reperientes, uos ipsi mactau-
stis:) et quod immolatum fuerit a simulacris. Quod uero ex-
quiratis partitionem [i. sortitionem cerum] pro sagittis,
hoc illicitum est. Hodie b uel illis qui receserunt a religione ue-
stra. Ne ergo timeatis eos: sed timete me. Hodie perfeci uobis
religionem uestram, et complenui super uos gratiam meam: et
placuit mihi tradere uobis religionem c Islam. Porrò qui neces-
sitate adactus fuerit ob famem manducare aliquid ex rebus supe-
rius prohibitis, non intendens ad peccatum, [r. sine intentione aut uoluntate peccandi] certe Deus erit illi
indulgens, misericors

5. Querent a te, quid licitum fuerit ipsis? Responde: licita
facta sunt uobis bona: et quod docueritis ex animantibus uenaticis
in modum canum [i. quod captum fecerit ad huiusmodi animan-
tibus], docentes ea ex animantia est eo quod docuit uos Deus. Comedite igitur
ex eo quod apprehenderint uobis: et memores commemorate no-
men Dei super illud: et timete Deum, quia Deus uelox est in com-
putando.

6. Hodie licita facta sunt uobis bona: et cibus eorum, quibus data
fuerunt

a super statua?
b misertum dit illy
qui inere!
religioni ultro
c. Islam religione

fuit Libet licitus est uobis: et cibus uester licitus est eis. Et in-
genuæ est Fidelibus, et ingenuæ est ijs, quibus datus fuit libertan-
te uos, licite sunt uobis ad coniugium, postquam dederitis eis
dotes earum: a dummodo padrii ~~nomine~~ fugitivis ~~copuleritis~~ cum illis, neque scor-
tatores earum fueritis, neque a abduxeritis eas in amicas, impudicè ad
eis uersantes. Qui autem abnegauerit fidem, iam porrò uanus erit
operis illius: et ipse in futuro seculo eris ex peieuntibus

7. O qui credidistis: cum steteritis ad orandum, abluite faciem + [1. cum uolueritis orare]
uestras, et manus uestras usque ad cubitum: et perfricate fru-
stro ciliginem capita uestra, et pedes uestros usque ad talos: et
si fueritis immundi ex coitu, purificamini abluimini. Et si fueritis egro-
ti, uel in itinere; aut uenerit aliquis uestrum a labina,
aut conuersaueritis mulieres; neque inueniatis aquam: acci-
pite b ad purificandum puluerem ~~mundum~~ cinis, et perfricate faciem uestram, et ma-
nus uestras illo. Non uult Deus imponere uobis ullam difficul-
tatem; sed uult purificare uos, et perficere gratiam suam
super uos, ut uos gratias agatis illi.

8. Et mementote gratiæ Dei super uos, et pacti eius, quod pegigit
uobiscum, cum dixistis Audiumete, quando inaugurastis eum: Au-
diuimus et obediuimus [i. audiemus et obediemus]. Timete itaque b cognoscens est
Deum; nam Deus nouit id quod est in pectoribus essentia secretorum.

9. O qui credidistis seruite, estote stantes Deo testes cum iustitia: et
ne inducat uos odium aliquorum ne iustè agatis. Iustè agite:
hoc erit magis affine pietati: et timete Deum; quia Deus instructus plena est
de eo.
timet nemini quod operamini.

10. Promisit Deus ijs qui credideunt, et fecerunt recta, fore

ipsis indulgentiam, et mercedem magnam

11. Qui ueró increduli fuerint, et mendacij insimulauerint signa
uostra, illi erunt sodales Inferni

a. Forij
b. anxie cogitarent

12. O qui credidistis, memento gratie Dei super uos, cum decer-
nerent quidam [i. conarentur] extendere contra uos manus suas:
et ipse cohibuit manus eorum a uobis. Et timete Deum: et in
Deo confidant fideles

c. accepit Deus pactum filiorum

13. Et iam quidem iniit Deus pactum cum filijs Israel: et
constituimus ex eis duodecim duces. Et dixit Deus: Ecce ego
ero uobiscum. Profecto si obseruauerit is orationem, et dederitis
eleemosynam, et credideritis in legatos meos, et opem tuleritis eis,
et honorati fueritis Deo super pulchrum [i. exponderitis pecu-
nias pro religione eius]: utique expiabo uos a malis uestris; et ec-
te introducam uos in hortos, fluctus quos emanans flumina. At
ueró qui incredulus fuerit post hac ex uobis, iam porró erauit
ab equitate semita [i. a fide uel iustitia

14. Propterea ueró quod ipsi infregerunt pactum suum, maledixi-
mus eis, et fecimus corda eorum dura: [amouent sermonem a locis
suis [i. depranant uerba sacre scripture que predicunt Mahumet]:

d. ex do de quo com-
moniti sunt

et obliti sunt partem eorum, que illis [commemorata fuerant in
Pentateucho] circa Mahumetum: et non cessabis manifestare frau-
dem eorum, exceptis paucis ex illis. Sed ignosce illis, et indulge:
quippe Deus amat benefico

e. accepimus pa-
ctum eorum:

15. Et ex ijs qui dicunt: Nos sane sumus Christiani: iniui-
mus pactum cum illis: Sed obliti sunt partem communem, que commo-

f. ex eo, de quo pre-
moniti sunt

morata sunt eis in Euangelio: quamobrem suscitauimus inter
eos

es inimicitiam et odium usque in diem resurrectionis: et mox e-
nauabit illis deus id quod fuerunt operati.

16. O scripturales: iam uenit ad uos legatus noster, manifes-
tans uobis multa ex eo quod abscondebatis de libro, et condonans
multa.

17. Iam uenit uobis a Deo lux, et liber manifestus

18. Diriget eum Deus illum, qui secutus fuerit beneplacitum
ipsius, in semitas pacis: et educet eos de tenebris in lucem per
uoluntatem suam: et diriget eos in uiam rectam

19. Iam pro infidelis fuerunt illi qui dixerunt: utique Deus
est Christus filius Mariæ. Dic illis: Et quis obtinere posset quidquam
a Deo, si uellet perdere Christum filium Mariæ, et ma-
trem ipsius, et eos qui sunt in terra uniuersos [i. quis posset e-
um impedire ne hoc faceret]

Note

Duplex sunt suras titulus repertus, nimirum المايدة Men-
sa, et sic est communior: et العقود Pacta, seu conuentiones
Prior respicit figmentum, quod in hac sura habetur, de Men-
sa quadam, quam Christus descendere fecit ad Apostolos e Cælo.
Posterior uero desumit ab eadem dictione العقود quæ in primo
uersiculo reperitur: et hoc ad imitationem Hebræorum, qui non ra-
ro sacrorum Librorum titulos a prima libri dictione desumunt.
Conueniunt omnes, suram esse Medinensem, et centum uiginti ued-
sus continere. De premio lectoris hæc Zamchasarius
من قرء سورة المايدة اعطى من الاجر عشر حسنات ومحى عنه عشر سيئات ورفع
له عشر درجات بعدد كل يهودى ونصرانى يتنفس فى الدنيا:

Qui legebat

Iugum Mense, Sabebit pro mercede decem bona: et debuntur ab eo decem mala, et debuntur ei decem gradus pro numero singulorum Iudeorum et Christianorum, qui cespirant in Soc mu-

do

1. Brutum pecorum]. Arabice بهيمة الانعام. exponit Gelal. الابل والبقر والغنم Cameli, bues, et oues: quæ et alia huiusmodi licet comedere. Erobibentur autem ea, quæ uenando capta sunt in septis Meccanij, tempore peregrinationis.

3. Neque munus]. Arabice الهدى. Erat ouis quæ ducebatur ad Meccam, ut ibi immolaretur; et foliæ, seu ramusculi arborum tanquam sertis ornabatur, ut quilibet agnosceret eam esse Deo dicatam.

4. Lustitionem & sagittas]. Erat loc genus sortilegij illiciti, extrahendo sagittas ad sortem. Carebant autem pinnis et cuspide: et ut ait Gelal.: كانت سبعة عند سادة الكعبه عليها اعلام وكانوا يجيلونها فان امرهم ائتمروا وان نهتهم انتهوا: ايتمروا

erant septem, et seruabant apud Antistites templi Meccani. et habebant quasdam notas seu signa: et uiuificabant eas (seu spiritum immittebant in eas) quod si præcepissent ijsdem Antistitibus aliquid (i. significassent eis motus seu uerba aliquid faciendum), id faciebant: si autem prohibuissent, ab eo abstinebant.

Hodiè perfeci uobis religionem uestram]. Arabice Gelal. اكملت لكم دينكم وفرائضه فلم ينزل بعدها حلال ولا حرام ولا حكم ولا فريضة iudicia et statuta religionis absolui. Deo postea nihil aliud concessum, nel prohibitum fuit.

Et tom

Et complcui super uos gratiam meam] Exponit Gelal: وقيل بدخول مكة آمنين Dicta sunt Sec, quando Mahumetani ingressi sunt Meccam securi

Comedite ex eo quod apprehenderint uobis] Gelal. وان قتلته بان لم يأكلن منه: Licet illud occiderint, dummodo nihil comederint ex eo

Inuocate nomen Dei sup illud] Nimirum, ut exponit Gelal: عند ارساله: cum animalia uenatica Laxatis ad illud capiendum

6. Bona] Arabice الطيبات nimirum cibi omnes salubres, et palato suaues

Et cibus eorum, quibus datus fuit libet]. Explicat Gelal. اي ذبائح اليهود والنصارى i. immolata à Judeis, et Christianis

7. si fuerit egroti]. Quibus scilicet nocet aqua

8. Audiuimus, et obediuimus] Cognitus uim Sabet suam, ad indicandam promptitudinem, et celeritatem obedientiæ. Erat autem Lex formula præstandi fidelitatem Principi, dum inauguraretur

16. Manifestam uobis multa] Gelal: كاية الرجم وصفته sicut uersiculum de Lapidandis adulteris; et prædicatus eius, nempe Mahumeti: i. uaticinia de illo

Refutationes

1. Licet uerum sit id quod dicit Mahumetus: Deus iudicat id quod uult: iudicia tamen eius, ut sit David, uera sunt, et iustificata in semetipsis. Prælibuit sanè Deus, ut diximus, sanguinem filijs Noê, et animalia multo filijs Israel;

sed non temerè et sine magno mysterio. Certum autem est, nihil Dorum prohibitum fuisse, quia esset peccare, et ex natura sua malum: Deus enim uidit cuncta quæ fecerat, et erant ualdè bona. Alioquin non solum Cornelijs, aut postea Noè, sed etiam primis parentibus hæc eadem prohibuisset. Neque quia corpori saluti noxium, uel palato insipidum foret: nam ex ijs, quæ Deus concessit, quædam inutiliora, et insipidiora sunt illis, quæ prohibuit. Cuius enim neget Legem meliorem esse Locustis? Mysterium itaque in hoc, ut in alijs, debemus agnoscere, sine quo, non grauia quæ in lege Moysi continentur, parum diuinæ Maiestati consentanea possent existimari. Hæc enim tanquam symbola et figuræ rerum sub Messia futurarum proponebantur, iuxta illud S. Pauli: Omnia in figura contingebant illis 1. ad Corinth. cap. 10. Hæc scilicet erant mirabilia, quæ in Lege Dei considerabat Dauid psal. 118. Alioquin si tantum uerborum, præceptorumque rationem scremur, difficultas mirabilis hæc agnoscemus. Quid, quæso, mirabile est, Deum interdixisse, ne quis sanguine, aut cane suillo, uel lepore uesceretur? Vel nequis alligaret os boui trituranti? uel ne coqueret hedum in lacte matris suæ? uel ne pullos tollens e nido, pullorum quoque matrem caperet? Quid opus erat propterea, ut Dauid Deum rogaret, dicens: Reuela oculos meos, et considerabo mirabilia de Lege tua? et: Da mihi intellectum, et scrutabor Legem tuam? psal. 118. Indicabant hæc omnia, ut iam dixi, sub figurarum tegmine, ea quæ palam docturus, et facturus erat Messias. Quamobrem ubi ille uenit, ut

Sequitur

loquitur Alcoranus بالحق cum ueritate, quid amplius opus est
umbris et figuris? Mahumetani ipsi ex doctrina Alcorani fa-
tentur, hanc ciborum mundorum et immundorum differentiam
Christum auctoritate diuina sustulisse. Cur ergo nobis eam
ingerit, et obtrudit Mahumetus? Cur etiam tot animalia, quæ
Deus tanquam immunda prohibuerat, suis sæculis uelut mun-
da concedit, et pauca tantummodo interdicit? Cur suem uetat,
et camelum permittit, cum Deus utrumque æquè prohibuerit?
Nimirum suem, tanquam corpori saluti noxium ab Arabibus
ejici uidebat, camelum uerò usitatum in usu apud eos esse non
ignorabat: quamobrem ex eorum genio et iustu leges sanci-
uit. Morticinum item et sanguinem ad eandem regulam
interdixit. Immolata uerò seu mactata a Judæis et Christianis,
et eorundem + fœminas nequaquam suis prohibuit, quæ tamen
prohibere omnis ratio suadebat. Natura enim lumine patet,
non posse sine magno piaculo, et periculo, homines diuersæ re-
ligionis inter se coniugia contrahere: quamobrem Deus fi-
lijs Israel huiusmodi coniugia, et commercia seuerissimè in-
terdixit. Sed de hac Mahumeti circa cibos licitos et illicitos sanctione,

+ De hac prohibitione matrimoniorum Mahumetanorum cum Judæis et Christianis uide Prædr. p. 4 cap. 26. pag. 472

uide Prædr. p. 4. cap. 16. pag. ~~249~~ 40.

2. Iteum purificationes, et ablutiones suis inculcat; quas adeo
necessarias existimat, ut, si desit aqua, iubeat eos puluere ad manus,
faciem, et obscena abstergenda uti: sed quam uanum, ac ri-
diculum sit, nemo non uidet, et nos superius iam demonstrauimus.
3.° Fingit pactum quoddam, quod Deus cum filijs Israelitæ
cit, de certis precibus, et eleemosynis, de credendo in legatos,
quos erat missurus, de pecunijs + in bellum pro religione ex-
pendendis. Sed huiusmodi pactum nunquam et nusquam in

Lentabeuclo, uel alibi repeiriu, et filij Israel illud prorsus igno=
rant: et ex puriso tantum Masumeti cerebro prosiluit
4°. Iteum Iudeos et Christianos ob inuidiam in Lentabeuclo
et Euangelio de Masumeto uaticinia pedayuis. Sed quam
impudens mendacium hoc sit, iam superius demonstrauimus.
5°. Negat Christum esse Deum, quia si Deus uelit
pedere Christum, et matrem eius, nemo posset eum prohibere.
Veri primum hoc est, si de matre Christi, et de Christo ipso,
quatenus homo est, loquamur. Quatenus autem Deus est,
non potest illum Deus destruere, quin destrueret seipsum.
Quoniam uero, ut superius diximus, totius Demonis
conatus fuit & Alcoranum, et Masumetum Christi di-
uinitatem abolere, quod & Arium et Arianos minus feli-
citer ei successerit: ideo statui hoc loco eandem diuini-
tatem contra Masumetanos pro meis uiribus, Deo adiuuã-
te, propugnare. Et primum ex eo quod Christus sit ue-
rus et naturalis filius Dei (talem autem esse iam supe-
rius etiam ex ipsius Alcorani et Masumetanorũ testimo-
nijs ostendi) manifeste seqnitur illum esse Deum: alij
tamen rationibus, et testimonijs, quibus Mosleni respon-
dere non possint, hoc ipsum probabo. Sed primum ea-
rundem Mosleniorum contra hoc Christiane fidei do-
gma argumenta respondebo, præmissis illis, quæ habẽ-
tur in Alcorano, quibus singillatim, ubi opus fuerit, ea
satisfaciam. Interim uidendus Prodr. pars 3. cap. 11ª. de Leg.
pag. 191. ubi Christi diuinitas fusissimè propugnatur.

196. 245

4 R

§ 1.

Argumenta Moslemorum contra Christi diuinitatem

Asmedius filius Abdallalimi p. 1. Apolog. contra Christianam religionem, ex eo quod Iacobitæ componant unionem humanitatis et diuinitatis in Christo cum mixtione sactis et aquæ: Melchitæ uerò seu Græci cum unione ferri et ignis, et animæ cum corpore: probare nititur, uel in Christo non fuisse naturam diuinam, uel passam fuisse simul cum natura humana. Verba illius Arabicè Latinè fideliter reddo. Certum est (inquit) nihil pertingere ad aliquid quod non pertingat ad id cum eo mixtum: non enim distinguitur unum ab alio. Et ita ignis, qui est in ferro, penetrat totum ferrum, et coniungitur illi: ita ut quidquid accidit ferro, participetur ab igne: Corpus etiam cum percutitur et torquetur, dolor percussionis, et cruciatus sentitur ab anima. Exigit igitur ueritas harum similitudinum, ut quod euenit humanitati de iniurijs, tormentis, et crucifixione Iudæorum, quam ipsi credunt, euenerit etiam humanitati. Et hoc necessario exigit ratio unionis: non nam si in unione id quod contingit uni unito non participetur ab altero, iam non erit unio, sed numerica dispositio

Sed respondemus, in comparationibus non exigi adæquatam ueritatem rei comparatæ, ad illam cum qua comparatur: sufficit enim ut uerificetur id quod præcipuè inquiritur probari. Optimè congruunt tres propositæ similitudines

litudines, quatenus sicut in Sacro aqua commixto nulla pars aqua sensibilis potest assignari, quæ non sit Sacri conjuncta: et in ferro igneo nulla pars ferri, cui non sit adjuncta ignis: nulla etiam pars in corpore humano, quæ non informetur ab anima: ita nulla pars humanitatis Christi esset sive in corpore, sive in anima, quæ non esset unita divinitati. At verò dici non potest, quod quid quid uni parti unitæ eveniret, eveniret etiam alteri: neque enim hoc esset necessarium: imò falsum est absolutè huiusmodi principium, quod quid quid uni parti unitæ evenit, debeat necessario etiam alteri evenire. Ex qua re notandum est duplici modo fieri posse duarum rerum unionem. Primò, ita ut ex duobus fiat unum tertium, et nihil formaliter remaneat de utroque unito. Et in hoc casu, verè quidem, sed improprièdicetur: quid quid evenit uni unito, alteri etiam convenire. Dixi improprièe, quia iam non sunt duæ res formaliter distinctæ, sed una tantum. Verè unio humanæ divinæque naturæ in Christo, non fuit huius generis. + Secundo modo fieri potest unio duarum rerum, ita ut formaliter unaquæque maneat suum esse: et talis est unio lactis, vel vini cum aqua; ignis cum ferro: et animæ cum corpore. Quod enim hæc maneant sua esse quantumuis unita, patet, quia possunt ab invicem separari, etiam post unionem, ut docet experientia. In hoc secundo genere unionis, falsum est, quidquid contingit uni parti unitæ, debere etiam alteri contingere. Nam certum est multa corpus afficere, quæ nihil afficiunt animam: et

+ ut impiè Nestorius asserebat Eutychis, et ejusdem illius.

e contrario

e conuerso. Neque etiam dubitandum est, uinum, uel lac,
licet cum aqua mixtum, recipere posse ab extrinseco gen-
te aliqua accidentia, que non recipiat aqua. Et licet aliqui
pernicacited asereret, in unione duarum rerum materiali-
um, presertim symbolarum, ut aque et uini uerificari il-
lud principium: non tamen esset pari ratio in unione dua-
rum rerum, quarum altera esset materialis, altera uero im-
materialis, cuiusmodi sunt humanitas, et diuinitas Christi.
Ita licet Deus sit intimè unitus, et presens omnibus re-
bus, non tamen obnoxius est accidentibus, et passionibus
earumdem rerum.

Postremò similitudines ille sunt tantummodo ad
exprimendam maximam, et perfectissimam unionem nature
diuine cum humana in Christo: non autem ad omnia que il-
lis conueniunt uerificanda.

1°. Arguit idem contra Christi diuinitatem ex eo, quod
Christus a Judeis crucifixus, & auxilium Dei implorauerit
uerbis illis; Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me.
Et ipsi abeunt (inquit) illum cuius audiebant homines uo-
cem, fuisse diuinitatem: et diuinitatem et humanitatem
esse personam unam. Et quidam eorum dicunt unam esse
utriusque uoluntatem, et naturam unam. Et sicmo quidem
est in uolentate sequentis: unde necessariò sequitur, ut
is qui sequitur sit precans, et auxilium petens: et deni-
que qui crucifixus est, sit diuinitas, que simul auxi-
lium petit, et supplicat, et simul ab eo petitur auxi-

sium. Ergo ea dicunt, diuinitatem et humanitatem esse personam unam. Et cum hoc quod sint persona una, uel est suppositum, et cognitum: uel est suppositum et cognitum. Si dicant cognitum esse diuersum a cognito, necessario sequitur ut sint duo, non unus. Si uero dicant, utrumque esse unum et eundem: idem erit cognitus et cognitus

Ex hac doctrina Nestoriana participationis pertet, hominem animalem, non percipere ea, quæ sunt spiritus Dei. Quamobrem instruendus est, et facilibus quibusque rationibus erudiendus. Respondemus igitur, filium Dei, uel Deum incarnari, nihil aliud esse, quàm illum assumere naturam humanam, eamque in una persona unire cum natura diuina, cum qua eadem persona (ne sit sed identificata: et hoc sine ulla prorsus mutatione in ipso Deo, et eius persona uel natura. Ex hac unione duarum naturarum in una persona, uel supposito, Christus, qui propterea habet unicam personam, seu suppositum diuinum; et duas naturas; diuinam et humanam. Unicuique autem naturæ remanet sua voluntas, itaque proprietates, itaut in Christo sint duæ voluntates, diuina scilicet et humana: et ita duo intellectus. Et licet fiat ex duabus naturis unio, nulla tamen est permixtio illarum, uel confusio. Verùm quia actiones, et passiones dicuntur de supposito, et in Christo est unicum diuinum suppositum utriusque naturæ, ideo naturæ communicant sibi mutuo actiones et passiones ratione eiusdem suppositi: et ita uerè dicimus, Deus est homo, Deus nasci tus, Deus passus,

Deus

† Sciendū tamen hāc unionē et partē Verbi diuini non esse factam immediatè in natura deitatis, sed in persona: ita et unio in Christo nō constituitur inter deitatē et humanitatē, sed inter naturas et naturā, neq; inter personā et personā, sed inter naturam et personam.

† ut nolebat eutyches

197
5/R

Deus mortuus: idest, ille qui est Deus, nempe Christus, est homo, natus, passus, mortuus; non quatenus est Deus, sed quatenus est homo, male tamen dicemus, divinitas est homo, natus, passa, mortua, quia divinitas non includit suppositum, vel personas. Ita econtra dicimus, homo est Deus, homo est omnipotens &c. ille idem Christus, qui est homo, est etiam Deus, et omnipotens. Aliter vera vere dicimus: Christus est Deus, Christus est homo; Christus est finitus, Christus est infinitus: Christus est aequalis Patri, Christus est minor Patre, et alia huiusmodi; et hoc ratione duarum naturarum in Christo. Hoc vero non esse aliquid absurdum, vel contra divinae Maiestatis reverentiam, facile intelligemus, si consideremus non raro in Scripturis divinis Deum assumpsisse figuram hominis, non quidem veri, sed aerei, et apparentis: et tamen sub ea figura, licet non hypostatice unita divinae naturae, praedicabant quaedam de Deo, quae Deo revera non convenirent, quin potius viderentur illi indecora. E.g. quando apparuit Abrahae sub figura trium virorum, legitur comedisse et bibisse. Quando item Danieli apparuit, dicitur fuisse senem longaevum, et canum. et alia huiusmodi. Quid ergo magnum est, si, cum Deus naturam suam cum humana hypostatice univit in Christo, praedicenda de Deo ea quae illi ut Deo minime convenirent? Neque vero credant Anthropomorphitae Christianos esse tam hebetes ac stupidos, ut putent Deum quatenus Deus est, aliquid de Incarnatione

presumtuose, aut mutationem aliquam uel minimam
in se recepisse: firmissime enim credunt Deum esse om-
nino impassibilem, seuersumque immutabilem

Ea quæ diximus, patet responsio ad supra positas et
alias multas obiectiones nobis factas a Mahumetanis, et simul
collectas ab Almedo, qui cum in multis hallucinetur, in eo etiã
tum hæsitet error, quod commune Christianorum Orthodoxo-
rum dogma, cum peculiaribus quorundam hæreticorum senten-
tijs confundit. Nam licet Eutyches et Dioscorus unam
tantum in Christo naturam ex unione diuina et humana
conflatam posuerint: Nestorius ueró duas personas in eo-
dem constituerit: Seuerus autem Antiochenus cum Monothe-
litis, seu Monophysitis, unam tantùm esse in Christo uolunta-
tem asseuerint: Christiani tamen cæteri communiter, unam
tantùm in Christo personam diuinam, duas ueró naturas et
duas uoluntates et operationes, diuinam et humanam firmis-
simè profitentur. Quamobrem non est quod miretur Alme-
dus, si idem Christus erat agens et actus: agebat enim
in eo natura et uoluntas humana, naturam et uoluntatem di-
uinam. Quid ueró mirum est hoc, cum Dauid psal. 41. roga-
ret quodammodo et precaretur seipsum illis uerbis: Ad me ipsum
anima mea conturbata est. Quare tristis es anima mea,
et quare conturbas me? Spera in Deo &. In nobis etiam ex-
perimur eandem uoluntatem secum ipsa pugnare, le-
gue Domini ac moueri ad id, quod ipsa met refugit ac re-
nuit. Idem etiam intellectus hominis cognoscens seipsum

est si-

et simul cognoscens et cognitus. Quid ergo mirum si Sociemur in duabus voluntatibus, et duobus intellectibus distinctis, quamuis in eodem supposito simul unitis.

Neque ueró sine sequitur aliquid diuina maestate indignum, quod primitus ea que de humana natura ratione ipsius nature predicantur in Christo, tribuantur diuine natura ratione diuini suppositi: imó maxima sine illius erga homines dignatio et pietas manifestè dignoscitur, qui propter eternam eorum salutem, voluit humanitatem illam, quam hypostaticè assumpserat, talia pati; licet ipse teneta quoad diuinitatem nihil pateretur. Quod si humanis animum videtur vel absurdum quod talia non quidem Diuinitati; ut falsó nobis imponit Arnedus, sed Deo tribuantur: meminerint magis fortasse indigna, illi tribui in sacris scripturis, hominum causa: ut patet in Creatione Adæ: et in ijs uerbis Genes. cap. 6., que dicuntur de Deo: Tactus dolore cordis intrinsecus dixit: Penitet me fecisse hominem: et in ijs que Isaiæ cap. 1. dicit Deus ipse Judeis: Kalendas uestras, et solemnitates uestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta: laboraui sustinens: et cap. 43. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis: præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Et alia huius modi, que uidentur prorsus diuina Maestate indigna?

Ista contra nos objicit Aduersarius: Necesse est homines præditos intellectu retrahi a propria ipsorum conscientia a cultu illius Dei, quem peperit Maria mulier de genere Adæ: qui moratus est in terra triginta annos, subiens

252

omnibus humanis necessitatibus cibi ac nutritionis, quo-
que aduersaque valetudinis, timoris, fiducie, ignorantie
et scientie. Non potestis ostendere, quod toto illo tem-
pore apparuerit ueo aliquod argumentum diuinitatis,
neque quod non fuerit obnoxius omnibus humanis ne-
cessitatibus, indigentie, sollicitudinibus, tentationibus
et uicissitudinibus. Deinde post tam longum tempus pu-
blicauit id quod sibi preceptum fuerat a Deo, ostendens
se esse Propheta, et fecit signa et prodigia illustria
uirtutem Dei excelsi. Fuerunt autem alij ex Prophetis,
qui fecerunt similia miracula, et etiam alia maiora. Vi-
xit autem in hoc statu minus quam tres annos: deinde
habuit eum finem, quem uos dicitis, abscedentes captum fus-
se, flagellatum, iniurijs affectum, crucifixum et occisum.
At est ne ullus intellectus capax illius quod uos dicitis,
quod scilicet Deus passus sit a seruis suis aliquid simi-
le ei, quod uos de illo tenetum fuisse affirmatis. —
— (Et paucis interiectis prosequitur.) An ueo fuit
aliquis, quem inuaserit tantus timor, pauor, anxietas,
et perturbatio animi. Et tamen ipse supplicauerit Deo,
ut posset liberari ab eo quod sibi accidebat, quemadmodum
narratur in Euangelio, ipsum se esse confessus fuisse.
Et quidem inuenimus in Historijs, quanta cuiusque sit ge-
nerositas, unus ex ijs qui professi sunt fidem Christi, ig-
nem, combustionem, et sectionem, itaut nullus simi-
lem audierimus talia passum fuisse. Plurimi etiam
ex dicti

198
6 K

ac discipulis eius atrocia tormenta, et mortem passi sunt, =
eo quod leges inimici uellent eos cogere ad deserendam fi=
dem, et amplectendam infidelitatem quam ipsi profite=
bantur: et tamen sustinuerunt omnia patienter et =
constanter, nec fugerunt mortem cum possent, relinquen=
do regionem in qua erant, et transeuntes in aliam, se =
ipsos abscondendo et occultando. Nec aliquid unquam =
expetuerunt de timore et fauore, quem ille ostende=
bat: et tamen erant homines sectatores illius: nam =
alleuabat eis id quod patiebantur, uirtus, qua Deus cor=
roborabat.

Sed respondemus eodem modo, quo superioribus o=
bjectis: nimirum, ideo dici Deum natum ex Virgine Ma=
ria, humanis necessitatibus, et uicissitudinibus subiectum,
passum, crucifixum, ac mortuum fuisse, quia humanitas
illo, cui hæc omnia contigerunt, erat hypostatice unita
cum natura diuina: nec tamen diuinitas ipsa aliquid
ex his patiebatur: neque hinc sequitur aliquid deo in=
dignum; immo maxima illius dignatio erga homines di=
gnoscitur, qui propter eternam eorum salutem uoluit
humanitatem hominem illam, quam hypostatice assumpserat talia
pati: ita ut propter unionem illam personalem, sibi ti=
uerentur, quicunque homini, uel humanitati illi cue=
nirent, licet ipsa reuera nihil paterentur, aut mutarent.
Ita de uno homine, qui duplicem personam, publicam scilicet
et priuatam sustinet, prædicamus indifferenter ea, quæ con=

ueniunt utique persone: imo et de una persona, in qua conueniunt alteri, quia scilicet omnes persone seu officia sunt in uno eodemque subiecto. Dicimus enim V. G. Asmedus est Imperator, et Imperator est Asmedus, quamuis Asmedus ut Asmedus non sit Imperator: neque Imperator ut Imperator sit Asmedus. Ita de eo qui simul est et Rex et Sacerdos seu Pontifex, dici potest: Rex offert sacrificium Deo: et Pontifex ducit exercitum contra hostes: ille nimirum qui est Rex offert sacrificium non quatenus est Rex: sed quatenus Pontifex et ille qui ducit exercitum contra hostes est Pontifex ducit exercitum contra hostes, non quatenus Pontifex, sed quatenus Rex.

Ad illud ueró, quod obijciebat Aduersarius, de timore tam uehementi, quem Christus ostendit ad propinquam mortem, cum S. Georgius aliique quam plures martyres Christi discipuli tantam constantiam in supplicijs ac mece ipsa præseferint: facile respondetur, Christum ultró timorem illum et angorem in se admisisse, cum potuisset ab illo se eximere, et mortem alicuique effugere. Id patet manifestè, quia Petrum uolentem ipsum ab iniurijs defendere, prohibuit illis uerbis: Mitte gladium tuum in uaginam: nonne possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? præterea qui discipulis suis dabat robur et fortitudinem ad supplicia alacriter ferenda, ut ipse met in cruce-

Ad illud quod addit Aduersarius, Christum Dominum fuisse humanis necessitatibus, ac defectibus, præsertim ignorantiæ, et adueræ valitudinis, et passionem sentientibus, sæpeq; lacrymis vexatum fuisse, eo illis tantùm necessitatibus, defectibus, et infirmitatibus obnoxium fuisse, quæ communes sunt toti naturæ humanæ generatim sumptæ, non autem iis, quæ vigerentur in singulis hominibus in particulari: nec quæ culpæ propriæ, aut intemperantiæ, aut defectui cuiusq; formidinis aut debilitationi supponuntur, cum ipse [illegible], et in omnibus rebus suis temperatissimus, et ab omni excessu alienissimus. Quæ autem sunt defectus culpæ originalis, omnibusq; communes, non autem propriæ ipsius naturæ, Christus, cum originali culpa careret, non contraxit, ex necessitate, sed voluntariè assumpsit, ut pro nobis magis [illegible] esset.

Ignorantia uerò in eo nulla propriè fuit, quia ut Deus, omnia sciebat: ut homo autem habebat scientiam infusam rerum omnium, quæ ad ipsius statum, et officium pertinebant, quatenus erat caput hominum, et angelorum, rerumq; omnium Dominus, et Iudex futurus universorum.

Tentationes exterius tantum expertus est a Satana, sed non intus ab illo, sed tantum à fomite, seu inclinatione ad culpam orta ex peccato immunis.

Quod uerò dicat, ipsum originem animæ nullus argumentum afferendisse diuinitatis suæ, falsum prorsus est, ut ex communi sententia ipsorum patrum demonstrabimus, mox videbimus.

Nec abnuimus amicissimi aliquos ex Evangelij fecisse mi-
racula similia miraculis Christi. Quibus etiam id concedimus,
plura facere eorum nos, ad Christum ipsum dicente Joannis cap. 14.
qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora his
horum faciet. Neque hoc inferri potest aliquem Christi discipulum, illo
maiora fecisse: cum omnia miracula tum parva, tum magna
ejus non possint nisi genuina Christi
imitatione in singulis plenissime sanctificata Mahumeta-
norum obiectio, et præsertim circa Christi scientiam, quam
in illo verum omnia fuisse, absque ulla earum ignorantia,
Sacræ Literæ luculentissimè testantur

in Euangelio promiserat Luc. cap. 21. illis verbis: Ego dabo vobis os et sapientiam, qui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri: potuit etiam voluisse ipsum; sed non fecit quia noluit: noluit autem, ut magistro seruum salutem praeberet. Quando autem noluit, voluit ostendit, ultro obuiam procedens ijs qui eum comprehensum venientes

§. 1.

Argumenta contra Christi diuinitatem sacris Scripturis a Mahumetanis petita.

Quia congerunt Mahumetani e sacris Scripturis, praesertim ueteribus ex Euangelio, contra Christi diuinitatem argumenta, quae ad hanc quaestionem explicandam breuiter sunt excutienda

1. Angelus non dixit Mariae: Ille quem paries, est Creator, et Deus tuus: &c.

Respondeo: Argumentum negatiuum nihil concludit. Licet enim Angelus Mariae non dixerit, illum quem Virgo peperit esse creatorem, et Deum illius, non tamen negauit illum esse talem:

2. Angelus uocauit eum filium Dauid

Resp. Nouum Christus ut homo fuit filius Dauid: quemadmodum ut Deus fuit filius Dei

3. Dixit Angelus eum futurum regem huius gregis Jacob, non autem regem orbem uniuersum

Resp. Licet hoc secundum non dixerit, nor tamen

negauit. Preterea manifestum erat ex sacris Literis, eu
qui fuisset Rex Iud progeniem Iacob, nempe Messiam
regnaturum etiam esse Iud omnes gentes, ut patet ex
psalmo 2.° Et quemadmodu referunt Suetonius, Tacitu
et ipse Ioseph Hebreus, uulgatu erat Loc toto Orien
tem

A.° Alij uocati sunt filij Dei, nec tamen propte
ea fuerunt Deus

Resp.° negando paritatem: nam de Christo habemu
aliunde et sacris Literis ejus filium Dei unicum, et na
turalem: aliorum uero per adoptionem seu gratiam tantum
modo. Hinc est, quod cum Filius Dei dicitur de Christo
in Textibus Grecis semp ponitur cum articulo ὁ υἱὸς τ
θῦ. Arabice ابن الله et Hebraice בן האלהים: ut pateat antiono
prorsus diuisd Christum filium Dei appellari, ac ceteros
qui hoc nomine uocati sunt. Sed de hoc infrius red
dit sermo

5. Christus uocatus fuit a Deo Electus, cum audiu
est uox de Celo a Ioanne in Iordane: Hic est Filius
meus dilectus, quem elegi: Sed electus, est quid passiuu
et ostendit rem creatam: ergo Christus non est Deus
sed seruus Dei

Resp.° Apud omnes Euangelistas Sabeli non quem
elegi: sed, in quo mihi bene complacui. Verum concedimu
et nos Christum a Deo electum fuisse, non quoad diuini
tatem, sed quoad humanitatem

6. Christus egnit baptismate Ioannis: ergo non
fuit

fuit Deus

Q. Christum non equisse baptizare Joannis, sed sponte illum suscepisse, ut ostenderet perfectissime humilitatis exemplum, et ob alias causas sibi notas

7.° Joannes nil tantus apud Deum, et prædicatus a Christo excellentissimus omnium prophetarum; et qui audierat in Jordane vocem ex alto delapsam, dubitat de Christo, quis sit.

Q. Non potuisse Joannem dubitare quis esset Christus, cum audisset ex illa voce illam Dei: Hic est filius meus dilectus, ut supponit etiam Theophylactus; et id constat ex aliis quoque locis Evangelij locis: sed voluisse discipulos suos testes esse oculatos divinitatis illius. Itaque missio illa et interrogatio discipulorum Joannis, non fuit propter Joannem, sed propter discipulos eius, qui de Christi divinitate sovos forte ambigebant.

8.° Christus non respondit Joanni, se esse Deum, vel Dominum, vel Creatorem: imò prævenuit discipulos eius ne errarent, et scandalum paterentur in persona sua

Q. Ea quæ Christus fecit coram discipulis Joannis, satis ostendere, illum fuisse, Deum, Dominum, et Creatorem. Neque verò ex eo quod Christus non dixerit hoc, propterea negavit: et aliunde sabemus illum talem fuisse ex verbis ipsius. Eorum verò verborum: et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me, non

est sensus: Beatus qui non euaserit in existimando me
Deum uel Creatorem: sed omnino oppositus: nimirum?
Beatus qui uidens me ita humilem, et abiectum, non despexerit
me, sed neque crediderit me non esse uerum Messiam,
Deum scilicet simul et hominem. Hunc sensum exi-
git naturaliter locus ille: et ita semper intellectus et ex-
positus fuit a Doctoribus Christianis

2° Joannes nihil dixit in laudem Christi, quod excedat consuetudinem etiam superiorum erga inferiores. Contrà uerò Christus non minus honorificè locutus est de Joanne, quam Joannes de Christo

R. Falsum hoc esse omnino, ut patet ex ipsis Euangelij uerbis. Christus enim dixit de Joanne; inter natos mulierum non surrexisse maiorem illo: et præterea appellauit eum Propheram, et pluspuam Prophetam: et denique affirmauit eum esse Angelum seu nuncium suum, qui uiam ante se erat præparaturus: id quod sine dubio ostendit de esse illo longe superiorem. At Joannes dixit de Christo, esse Agnum Dei qui tollebat peccata mundi: tollere autem peccata, est proprium Dei. Præterea uocauit illum filium Dei, affirmans eum fortiorem esse se, factum ante se, et fuisse priorem se: quæ ultima uerba non obscurè indicant illum esse Deum: nam Christus conceptus ~~et natus est~~ fuit sex menses post Joannem: ergo non potuit esse ut Joannes, prior Joanne, neque fac-

tus

eius, i. genitus ante illum. Asseuit preterea, se non esse dignum, qui procumbens solueret corrigiam calceamentorum eius: et alia huiusmodi. Verum quidquid dixerit uel Ioannes de Christo, uel Christus de Ioanne, non excludit id quod non dixit, et aliunde manifestè habetur

10. Christiani dicunt, Christum descendisse de Cælo, ut saluaret homines, et tolleret peccatum, et alligaret Satanam. At nihil horum uidemus factum

R. Hæc omnia a Christianis ex Sacrarum Scripturarum testimonio credi, et affirmari. Nam quod Christus è Cælo descenderit, ipsemet de se testatus est apud Ioannem dicens: Descendi de Cælo, non ut faciam uoluntatem meam; et: Nemo ascendit in Cælum, nisi qui descendit de Cælo, filius hominis, qui est in Cælo. Quod attulerit salutem hominibus, dixit Angelus, Matthæi cap. 1.: Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum: et propterea Iesus, i. Saluator, seu Salus appellatus fuit. Quod tolleret peccata, dixit Ioannes Baptista illis uerbis: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Quòd alligauerit Satanam, i. repulerit uires eius, et potentiam: patet ex parabola illa apud Matth. cap. 12: Si autem ego in Spiritu Dei eicio Dæmones, igitur peruenit in uos regnum Dei. Aut quomodo potest quispiam intrare in domum fortis, et uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem: et

Q. 10
& R.

tum Dominum illius diripiet. Est enim non uidemus Sanc
Salutem: et Satanas astutus et uiolentus est ut pri-
us: et peccata non cognouerunt. Ex., Sanc salutem
esse spiritualem, neque oculis corporeis uideri; sitam-
que esse in emundatione animæ a peccatis, in acquisi-
tione diuinæ gratiæ et gloriæ eternæ: que omnia Spi-
ritus confert, legem ac præcepta sua seruare volen-
tibus. Satanas porrò non ita alligatus est, ut nullam
amplius habeat facultatem homines tentandi. Sed est
sicut canis ligatus, qui latratibus suis minatur, et
territat transeuntes: non tamen mordere potest, ni-
si se sibi ultro offerentes. Non potest autem ne-
gari, post Christi aduentum, dæmonum uim undè
defecisse, illiusque tyrannicum regnum imminutum
fuisse, uerosque Christi fideles magnam gratiam
adipisci, ad Satanæ illecebras reijciendas, et conatus e-
uincendos: licet fortasse degeneres uehementius illo
quam ceteras gentes aggrediantur: quia nimirum hos
suos hostes agnoscunt: illas uerò, tanquam iam sui iu-
ris, quietius uiuere sinunt, nec multùm curent, si mo-
ralibus quibusdam uirtutibus floreant: sine fide quidem si-
ne fide Christi ad salutem æternam nihil prosunt. Ita
ætate hæc potest Christiana ecclesia Satanam, quia
nunc pro tempore diuinæ in solo mundi ecclesiæ ætate hæc, aliquo
modo uinctus est, quominus ceteras gentes inuadat, impe-
dire: quominus ecclesiam Christi oppugnet, non impedit. Denique ab-
stulit peccatum mundi, primùm quidem a baptismi lauacro

tum,

tum omnes homines ab originali culpa emundantur: et
Sacramentum penitentiæ de actualibus peccatis edoceantur.
2. quia post Christi aduentum, & idololatriæ abolitionem,
et ueræ fidei propagationem plurima peccata cessauerunt
3. quia abstulit scelerum pœnam peccati, quæ etiam
iustos amplectebatur, impediens eos de ingressu in cælum, et
ab æterna beatitudine perfruenda.

11. Christus usque ad annum trigesimum ita uixit, ut ce-
teris hominibus non distinguebatur. Vbi uero post annum tri-
gesimum cepit legem suam promulgare, licet multa signa
ediderit, non tamen talia fecerunt, ut probarent illum esse
Deum: cum plures hoc fecerint similia, atque etiam ma-
iora patrauerint

R. falsum prorsus esse, Christum usque ad annum
trigesimum nihil fabuisse peculiare a ceteris hominibus. nã
præter admirabilem illius conceptionem, plenamque prodi-
gijs nativitatem (quæ duo Mahumetani nobiscum fatentur),
stella etiam mirabilis illum infantem honorauit, atque
ad eum adorandum orientales Reges adduxit, qui humi
prostrati, pretiosa illi munera obtulerunt. Præterea
dum in templum post quadragesimum a Nativitate die
~~in templum~~ deferretur, a Simeone iusto, et alijs, tanquam
ueus Messias, et Saluator agnitus, et cum uenerazione
acceptus est. Duodennis uero in eodem templo in medio
doctorum, cælestem diuinamque sapientiam demonstra-
uit. Mahumetani quoque nesciunt miracula ac prodigia

ab illo ante annum trigesimum, et præcurrim in adolescentia patrata. Post annum uerò trigesimum quamuis non fecerit quædam ex prodigijs, quæ de Moyse, et alijs præcedentibus prophetis referuntur, quia scilicet nulla erat causa ea faciendi: talia tamen ac tanta edidit miracula, quæ satis essent ad testandam illius diuinitatem. Aliquid petemus à Mahumetanis, uid Mahumetus cum et Moyse, et Christo, et cæteris Prophetis maior ab eis habeatur; nullum mortuum suscitauerit, nullum uerè cæcum illuminauerit; nunquam mare per medium scinderit: nunquam flumina imperio suo regredi coegerit. Uid etiam usque ad annum circiter quadragesimum, iuxta Legitimas eorum historias, non solum nihil mirum fecerit, sed peccator etiam, et idolorum cultor perseueraderit?

Ad. Si Christus Deus erat, cui coram eo non trepidabant montes? cui non retrocedebant maria ac flumina? cui non incedebat supra dorsum aëris, et sub pennas uentorum? cui etiam non incendebat igne, sicut & his, aduersarios suos?

Ex. Hæc non conueniebat statui illi, in quo diuina natura unita cum humana cupiebat homines ad se alliceere, non terrere; eosque humilitatem, patientiam, ac modestiam docere, non potentiam ac maiestatem præferre. Cæterum poterat sub aëream ac uentos ambulare, qui sub undas maris incessit: poterat efficere, ut flumina ac maria retrocederent, qui imperauit uentis ac mari, et eorum impetus ac furores

mox

nocet. Sedauit: poterat aduersarios igne celesti consumere, qui amatam cosortem, dicendo tantummodo: Ego sum, in horas prestrauit; et qui Petrum pro se pugnare uolentem, cohibuit dicens: Non ne possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim Legiones Angelorum?

§. 2.
Argumenta contra Christi diuinitatem e sacris litteris a Mahumetanis petita

Multa congerunt Mahumetani e sacris scripturis argumenta contra Christi diuinitatem, quæ etiam Ariani a diuersis Catholicos differentes usurpabant. Sed nullum eorum est contra nos, qui distinguimus in Christo duplicem naturam, diuinam scilicet et humanam; et fatemur sacras litteras aliquando loqui de Christo ut de Deo, aliquando ut de homine. Libet tamen non nulla eorum hic in medium proferre, præsertim cum potius faciant pro nobis quàm contra nos.

1.° Sæpè Christus rogauit Deum, ut cum Lazarum resuscitauit: cum esset in Cruce: cum oraret in horto: et dixit se non posse Deum orare nec rogare aliquem.

R. Hæc fecisse Christum non ut Deum, sed ut hominem.

2.° Dixit Christus: Pater maior me est: et a me non possum facere quidquam

R. Hæc etiam Christum dixisse de se quatenus homo erat, non ueró Deus

3.° Dixit etiam Christus: Deus non generat, neque gene-

+ uerbis ipsis Ahmedi filij Abdallahi

205
9 / R

catus: neque comedit, neque bibit, neque dormit; neque uidet
eum unquam ulla creaturarum suarum: neque uidet eum
ullus, quin moriatur

℟. Falsò allegari uerba prædicta ex Euangelio tanquam a Christo prolata, cum sint confarcinata partim ex Alcorano, partim ex non nullis sacrarum scripturarum sententijs. Sed quamuis omnia uera essent, non tamen probarent Christum non esse Deum. Licet enim genitus fuerit ex Virgine, et comederit, et biberit, et dormierit, et uisus fuerit a suis creaturis, absque eo quod ulla earum moueret: Sic tamen omnia illi conuenerunt non ut Deo, sed ut homini. Quamuis etiam ut Deus a Patre genitus fuerit ante omnia secula, eo modo quo superius explicauimus, non quem intendit Alcoranus, dum negat Deum generare aut generari, quia nimirum Deus non habet uxorem, neque indiget successore

4°. Dixit etiam Deus Altissimus in Euangelio Joannis: Cùm uos exaltauerit is Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: et a me ipso nihil facio: sed omnia facio sicut docuit me Pater meus

℟. Tunc locum ostendere Christi diuinitatem: nemo enim uerè dicere potest, Ego sum, seu ut habet Arabica ad. Almedo allegata انّى انا هو, certè ego ego ipse, nisi Deus, prout Deus ipse de se ad Moysem locutus est: Ego sum qui sum. Minor uerò Almedum asserere supradicta uerba, prolata fuisse a تعالى: id

Altissimo

* Arabes etiam pro se ipse, intelligunt absolutè Deum: et in suis precibus sexcenties repetunt se ipse, ipse, ipse: usq; ad spumam ex ore effundendo.

Altissimo, i. Deo (est enim unum ex nominibus uerì Dei tam apud Arabes, quàm apud Hebreos) cum dicta fuerint ab ipso Christo. Sed solent Arabes omnia uerba sacrorum librorum, à quocunque tandem dicta sint, dum ea allegant, Deo tribuere; per quod fatetur Almedus Euangelium ha-miis esse librum sacrum, et traditum a Deo. Neque obstant uerba sequentia: et a me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hec loquor (ita enim habetur in Euangelio). Nã Christus etiam ut Deus nihil facit a semet ipso, quia accipit suum esse et operatii a Patre, a quo genitus ac procedit. Et ideo Christus ipse dixit in eodem Joannis Euangelio cap. 5. Non potest filius a se facere quidquam, nisi quod uiderit Patrem facientem: quecunque enim ille fecerit hec et filius similiter facit. Quibus uerbis Christi diuinitas manifestissimè ostenditur

5°. Et dixit Joannes: sicut Pater habet uitam in semetipso, ita dedit filio habere uitam in semetipso. Atqui ille, cui aliquid datur, opponitur danti sine dubio, sicut a-gens patienti

R., Hunc locum esse contra aduersarios, et ostendere aperte Christum esse Deum, dum affirmat illum habere uitam in semetipso, sicut habet Pater. Neque obstat quod dicatur, Patrem hoc illi dedisse: non enim dedit hoc creationem (hoc enim repugnat, cum nulla creatura possit habere uitam in semetipsa, sicut habet Deus) sed hoc eternam generationem. Et licet etiam hoc modo sit oppositio inter generantem

et genitum, & tamen non tollit quin filius sit ueri Deus, et eiusdem nature cum Patre: quemadmodum etiam in naturalibus oppositio seu relatio inter Patrem et filium non obstat quin filius sit eiusdem naturæ cum patre: quamuis comparatio adæquatè non militet +

6. Et dixit David in psalmo 110: Dixit Dominus Domino meo *: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis &. Ex quibus uerbis conatur probare Arnedus, Christum, de quo David loquitur sic, non esse Deum: quia quamuis dicatur Dominus, habet tamen Dominum maiorem se, qui dat ei omnia, quæ in hoc psalmo illi tribuuntur; in quo etiam uocatur Sacerdos; et iuxta quamdam uersionem allegatam etiam a S. Epiphanio, quod: quæ nomina ostendunt Deo minimè conueniunt.

R., bene se habere, quod Mahumetani cum Christianis et sapientioribus Hebreis sentiant psalmum illum loqui de Christo: sed ita tamen de eo loquitur, ut simul Deum et Dominem esse illum ostendat. Deum quidem; cui Dominum appellat, et sedere a dextris Dei, et genitum esse a Deo in splendoribus sanctitatis, ante Lucifferum, id est ab æterno (hoc enim significant si modi loquendi in sacris litteris: ante lucifferum, ante solem, ante quam concipiatur terra et orbis) affirmat. Genitus est genitus a Deo ex utero, id est ex intellectu, qui uteri nomine Hebraicè significatur, non potest esse nisi Deus, cum generatio sit origo, seu emanatio uiuentis a uiuente in similitu-

+ quia interpres et filius in hac re magis est ad naturæ proprietatis rem pertinere, in diuinis aliquid & humanice

* Juxta ~~hebr~~ originem hebraicam

militudinem naturæ. Hominem autem demonstrat cum vocat eum sacerdotem, et asserit eum bibiturum de torrente in via, et alia huiusmodi, quæ divinæ naturæ non possunt convenire. Non est hic prætereundum, David vocare Christum Dominum suum: quod non faceret, præsertim dum loquitur de ille sociatim cum Deo, nisi agnosceret ipsum etiam esse Deum, eo magis quo Christus erat eius filius, et consequens minor illo. Hoc argumento usus est ipse Christus contra Judæos, ad probandam divinitatem suam, apud S. Matthæum cap. 22. Itaque adversarius sanctarum divinitatem pro se allegando, suo se gladio jugulavit

7.° Dixit Simon Petrus Princeps Apostolorum in 2.° cap. Actuum eorumdem: Ouini Israelitæ, scitote quod Deus constituit Jesum, quem occidistis Dominum et Messiam. At illo qui constituit, est creatus et factus. Nec refert quod vocetur Dominus: nam et Joseph in psalmis dicit Dominus, verbis illis: Constituit eum dominum domus suæ

S., Hoc ipsum, quod Deus constituit Jesum Dominum et Messiam, esse argumentum evidens divinitatis eius. Nam titulus Domini, qui hoc loco Arabicè est ربّ, non tribuit, quando ponit absolutè in sacris litteris nisi soli Deo. Concedimus igitur, Christum quatenus homo erat, constitutum fuisse a Deo Messiam et Dominum, sed ratione adiuncta divinitatis: itaut supremum Domini nomen, quod Christo competebat tantummodo ut Deo, communicatum fuerit

etiam ipsius humanitati ob unionem hypostaticam, sed quam unius naturæ idiomata de altera prædicantur. Exemplum Jacob non est ad rem: non enim constitutus fuit a Deo absolutè dominus, sed a Pharaone dominus domus suæ: neque Arabicè scribitur ربّ: sed سيد: quod nomen competit cuilibet homini, etiam inferioris conditionis

8.° Et dixit David in psalmo 8.° alloquens Deum, et encomia texens de Christo: Quis est vir ille, cuius memor fuisti: et homo ille, cui imperium dedisti, et posuisti eum paulò inferiorem Angelis et induisti eum gloria et honore. Et in psal. 2. dixit: Dominus dixit ad me: filius meus es tu, et ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Cum autem dicat, genui te; ostendit illum esse recentem ac novum; non antiquum et æternum: atqui omne novum est creatum. Deinde confirmat hoc dum dicit, hodie; et limitavit ad hodie nativitatem eius, tollens hoc dubitationem, quod ipse fuisset ante hodie. Cum verò dixit: Postula a me, et dabo tibi: ostendit opus esse illi postulatione, et indigere ut ei detur

Q., bene esse, quod Mahumetani sentiant nostros prædictos psalmos loqui de Christo. Porrò ea quæ in illis habentur partim respiciunt Christum ut hominem, ut cum dicitur: Minuisti eum paulo minus ab Angelis: revera enim natura humana in Christo inferior est natura Angelica.

Et in

Et in illis uerbis: Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Parum uero percipiunt tantum diuinitatem: ut Filius meus es tu, ego hodie genui te: ibi enim, hodie, ponitur pro æternitate, quæ est simultata præsens, nec habet heri, aut cras. Quædam denique ita referuntur ad humanitatem, ut non conueniant illi nisi ratione hypostaticæ unionis cum diuinitate: ut omnia subiecisti sub pedibus eius: atque etiam illa: dabo tibi gentes hæreditatem tuam

Deinde obijcit sibi ipsi Aduersarius loca quædam Scripturarum, quæ Christiani pro Christi diuinitate proferre consueuerant, eademque dissoluere. licet frustra, conatur

Primus locus est, quod Christus sæpe uocat Deum patrem suum, per quod ostendit se esse filium Dei. Et respondet primo, etiam amicos in usu consueto loquendi uocari filios. 2.° Deum in Pentateucho atque Hosee Israelem filium suum primogenitum: et Dauidem in psalmis filium suum, et dilectum suum: et Christum in Euangelio dixisse Apostolis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem uestrum, uocans Apostolos filios Dei. Ergo per hoc quod Christus uocetur filius Dei, non probatur ipse Deus: alioquin maledicti omnes fuissent Jij

2. Christus aliquando fecit miracula tanquam ex propria autoritate, absque eo quod preces præmitteret, aut imuocationem Dei: per quod uiderur declarasse se esse Deum. Sed respondet, etiam Eliseum mundasse Naaman Syrum

a Legra, absque ee quod preces premitteret aut Deo supplicaret.
Et preterea Christum non semel antequam miracula fa-
ceret, preces ad Deum fudisse
3. Christus peccata dimittebat, quod est proprium solius
Dei. Respondet etiam Angelos dimittere peccata, cum
Deus dixerit Moysi: Egredere tu et populus tuus, quem
eduxisti de Aegypto: et ego ponam vobiscum Angelum
qui dimittat peccata vestra
4. Christus appellatus Dominus, qui titulus videtur con-
venire soli Deo. Respondet, Gen. in Pentateucho vo-
casse Dominos duos Angelos: et preterea Josephi, et
alios homines in sacris Scripturis Dominos appellari.
5. Christus appellatus Deus apud Isaiam prophetam,
dum dicit Emmanuel, idest nobiscum Deus. Respon-
det primo Christum appellari Emmanuel, eodem modo
quo multi illustres alii eodem nomine vocati. 2.o enim
Moysem in Pentateucho vocari Deum Pharaonis. Et de
Judicibus David scriptum esse: Ego dixi dijs estis
6.o Christus dixit in Evangelio: Ego et Pater unum
sumus: et, qui videt me, videt et Patrem meum.
Respondet, etiam Legatum alicuius Principis dicere:
Ego et qui misit me unum sumus: et procuratorem:
Ego, et qui constituit me procuratorem, unum sumus:
quia scilicet in eo quod precipit, tenet locum, et exercet
vices illius. Verba autem illa, qui videt me, videt et
Patrem meum, idem valere ac: qui ex nobis accipit me
recipit

ptum Dei, accipit preceptum meum
7. Christus dixit: Antequam Abraham fieret, ego
sum: at non potuit esse ante Abraham, nisi ratione
Diuinitatis. Respondet satis insulsè, etiam Sab-
monem in Lib. Sapientiæ dixisse: Ego fui ante
mundum, et eram cum Deo, quando extendebat terram.
Et Dauid etiam dicere in psalmis: Memor fui tui
ab initio. Deinde recoquit crambem circa illud no-
men Emmanuel, his uerbis: Aegum est, ut hoc nomen
Emmanuel, postquam inditum fuit Christo, signifi-
cet ipsum enunciasse de se: Deus noster nobiscum:
nimirum, quod Deus erat cum eo, et cum populo eius
auxiliator, et defensor. Latet hoc, ex eo quod uos no-
mini eo nomine. Quod si significaret id quod uos
uultis, nulli licuit, eo appellari, quemadmodum nulli
fas est nominari Christum, cum sit proprium et peculi-
are ipsius 203

8. Discipuli Christi operati sunt miracula in nomine
eius: quod arguit illum fuisse Deum. At hoc ita respon-
det: Iam dixit, Deus gloriosissimus Ioanni filio Zache-
rię: Coroborauit te Spiritu Sancto, et uirtute Eliæ: et
hic erat uirtus operandi miracula: et retulit uirtutem
ad Eliam. Quod si uos putatis Christum esse de-
um, quia facta sunt miracula in nomine eius, in quo
differetis ab eo, qui dicat Eliam esse Deum eo dem
rationem.

J. Ex Christi cum mortuus suscitatus fuit, cum illi ad-
mortuus fuisse: quod argumentum est illum esse Deum
Sandet Saveri etiam in libro Regum, hominem mortuum
ad vitam redisse, cum tetigisset ossa Eliseï
10. Christus conceptus, et natus fuit ex Virgine sine
opera viri: quod argumentum magnum videtur illius di-
vinitatis. Negandet, in hoc potius apparere potentiam
Creatoris, quàm Christi divinitatem. Egregia miraculum fuit, Evam creari ex masculo sine femina:
et Adam creari ex pulvere, quàm aliquem nasci de Vir-
gine.

Postremò egrediens ad primum locum, probare contendit,
ex nomine filij non posse deduci Christum esse Deum; cum
Christus ipse interrogatus a discipulis de die Judicij,
respondent, diem illam neminem nosse, neque Angelos
in Cælo, neque etiam filium, sed solum Patrem. Et hoc
est, (inquit) testimonium accersimus, quod ipse nesciat
omnia quæ scit Deus. Nam si esset Deus, sciret id,
quod scit Deus de omnibus rebus

Ut ad singula respondeam: primò dico nomen filij
Dei in Christo importare absolutè divinitatem ex dictis
locis superius allatis, et infra ostendis

2. Christum miracula quædam patrasse præmissis præ-
cibus ad Deum, ut se hominem ostenderet: quædam verò
absoluto imperio, et auctoritate propria fecisse, ut ma-
nifestaret se esse Deum. De Eliseo, non constat nullo
illum

illum precis, saltem mentales, ante Naamani curationem
precisisse, sed non potest dici illum sola imperia Naa-
manum curasse, cum precepit ei, ut lauaret septies
in Iordane, & quod posset a lepra mundari. Licet no
negugnet Sanctor uiros miracula aliqua sine precibus ue-
ribus, solo uocis imperio patrare, uerum tamen est id
non proprio nomine et aut sovitate facere, sed ex bene
placito et aut sovitate Dei.

Ex modo autem quo Christus miracula patrabat, pa-
tet discrimen inter ipsum et alios Sanctos, in miraculis fa-
ciendis imperio

3. Ex eo quod Christus remitteret peccata, illius diui-
nitas conuenientissime comprobatur. Nam Iudei iuste doc-
tiores, quales erant Scribæ et Pharisæi, id confessi sunt
uerbis illis: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Quis
potest remittere peccata, nisi solus Deus? Et inde est
manifestum, quia nullus inferior potest iniuriam superio-
ri factam condonare, cum nullum habeat iuris in superio-
rem. Verum quidem est hanc potestatem habuisse Christus
non solum ut Deum, sed etiam ut hominem. Sed ut ho-
mo habuit a Deo communicatam ratione diuinitatis u-
nitæ, cum potestate eam alijs communicandi, sicut com-
municauit Apostolis, et Sacerdotibus noue legis. Sal-
uianus uero Almedus, dum scribit, Angelum datum fuis-
se a Deo Israelitis, qui eorum peccata dimitteret. Oppo-
situm prorsus est: ita enim in Originali Hebraico legi-

meu

mus Exodi cap. 23. Ecce ego mitto Angelum meum coram te, ut custodiat te in uia, et introducat te in locum quem preparaui: obserua te a facie eius, et audi uocem eius: ne sis rebellis in eum, quia non faciet preuaricationem uestram. et eodem modo legunt omnes translationes. Et profectò nullibi in Scripturis sacris inuenimus aliquem absolutè remisisse peccata, nisi Deum et Christum: homines autem non nisi ex parte Dei, ut cum dixit Nathan Dauidi: Dominus transtulit peccatum tuum

A. Ex titulo Domini, Arabicè ربّ, optimè probatur Christi diuinitas. Nam, ut supra diximus, hoc nomen absolutè positum, ut patent etiam Doctores Madumetani, soli Deo conuenit: unitum autem cum alijs rebus, sæpè nihil aliud significat, sicut رب البيت dominus domus, quæ nomine uocatus fuit Ioseph, et uocatur etiam quicunque habet aliquam domum, dicitur que Græcè οἰκοδεσπότης: Angeli uerò uocati sunt a Iudæis non dominii simpliciter, sed domini mei, et domine mi. Nihilominus concedimus Angelos aliquando in Scripturis uocari absolutè Dominos, imò nomine ipso proprio unius Dei יהוה nuncupari, sed quatenus tantum gerunt personam ipsius Dei. Itaque nullus locus in Scripturis inuenitur quo dicatur Angelus gessisse personam Dei, ita ut dixerit: Ego sum Deus, uel Dominus, sicut legimus Angelos non semel dixisse. Soli Christo tribuit titulus Domini et Dei, quia reuera talis erat propter diuinam naturam.

5. Titulus etiam Dei in Scripturis Christo tribuitur,

etiam

ostendit illum fuisse Deum. Nec obstat quod alij etiam Dei
nomine appellentur: nam nunquam id absolutè fit, sed ut
talibus circumstantijs, ut intelligatur non esse sermonem
de ueri divinitate. Sta Deus dixit Moysi: Ecce con-
stitui te Deum Pharaonis: Limitans nomen Dei in
Moyse ad solum Pharaonem: unque talis constitu-
tus a Deo, constat non potuisse esse ueum Deum. Ver-
ò notandum est, inter alia Dei nomina unum esse
אלהים, quod significat Deum, Deos, Angelos, Judices,
Principes. Et ideò tribuitur tam Deo uerò, quàm Ange-
lis, et hominibus: et hoc nomine uocatus est Moyses,
et Judices Davidis, et alij. Quædam uerò sunt nomina,
quæ non nisi uni uerogue Deo tribuuntur, ut יְהֹוָה, יְהוָה,
יָהּ: et hoc etiam Christo tribui legimus. Quare
fallitur Ahmedus, dum putat q nomen Emmanuel
significat hominem principem et illustrem. Ridicu-
lum uerò se ostendit, dum uult Christum hoc nomi- 204
ne uocatum fuisse, quia dictum erat hominibus: 12/R
Deus est mecum, et uobiscum: sicut ridiculum esset
asserere, Christum uocandum fuisse Jesum, seu Salua-
torem, quia dictum erat hominibus, Deus saluabit
uos. Verò Christiani imponunt nomen Emmanue-
lis ab ijs hominibus, non autem Christi, quia illud ~~ueru~~
nomen proprium ~~exhuiusmodi~~ usu communi receptum
fuit: hoc autem est agnomen summæ dignitatis, et
supremi honoris, non solum apud Christianos, sed etiã

* quod libere
sonat cuique
imponi,

inter quos nullus apud Hebreos et Mahumetanos audet se appellare.

6. Lee en uerba Christi: Qui uidet me, uidet et Patrem meum: et; ego et Pater unum sumus: luculenter probat Christum esse Deum, et ejusdem Patri. Et quantum ad prima uerba, nimium prorsus est explicatis Arrhedi, nimium: Qui recipit preceptum meum recipit preceptum Dei; uel: Qui uidet opera que ego facio, uidet opera Patris mei. Nam Christus ipse aperte ostendit se loqui de identitate sua in essentia cum Patre, dum addidit: Non creditis quia ego in Patre, et Pater in me est? Et quia Apostoli hoc uidere non poterant, sed uidere debebant, ideo subdit: Alioquin propter opera ipsa uidite. Credite, scilicet, me esse Deum, ut est Pater, propter opera que facio: non enim posset ea facere nisi Deus. Multomagis probant Christum esse Deum uerba illa: Ego et Pater unum sumus: et ita intellexerunt ea Judei ipsi, qui propterea insanos eos adacti, sustulerunt lapides, ut lapidarent eum; ut habet Joan. cap. 10. Et reddenti rationem dixerunt. De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Neque Christus negauit se esse talem: neque respondit: Non dixi me esse Deum: uel ego non sum Deus: sed, si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, et si mihi non multis credere, saltem propter opera credite, ut cognoscatis, quia Pater in me est, et ego in Patre.

Deus

Dovè etiamsi concederemus Ismeo, morem loquendi in
ted homines, ut u.g. procurator Cæsaris dicat: Ego et Pe-
trus unum sumus. Et amicus dicat de alio amico: Ego
et amicus meus unum sumus: sic tamen loquendi mo-
dus non usquam inted usitatus dicetur: neque grece Pe-
gis dicet: Ego et Cæsar unum sumus: imò ne legatus quidem
Pontificis, licet plenissimè fultus auctoritate, dicet
unquam: Ego et Pontifex unum sumus. Multò
minus conueniet homini, imò et Angelo dicere: Ego
et Deus unum sumus: uel; qui uidet me, uidet Deus.
Quare fateatur aduersarius, sic loquendi modis non
manifestissimè ostendi, Christum esse Deum
18. Verba a Christo prolata: Antequam Abraham fie-
ret ego sum: uel ut citat Ismeus: Ego sum ante A-
braham: sunt unum ex potissimis testimonijs diuini-
tis Christi: ita ut Judei ipsi ex illis deduxerint Chri-
stum affirmare se esse Deum: et propterea tanquam
blasphemum illum falsò existimantes, sustulerint la-
pides, ut iacerent in eum. Nullo enim modo poterat ue-
ré dicere Christus se fuisse ante Abrahm, qui nu-
non natu quinquaginta annis erat, nisi esset Deus: ali-
ter enim quomodo esse poterat, antequam Abraham fie-
ret? Et notandum est, quod non dixit: Antequam
Abraham fieret, ego factus sum, uel ego fui, uel ego
eram: sed, ego sum: Et quod propriè loquendo esse
Deum, qui solus dicere potest, ego sum, sicut dixit

Moysi: Ego sum qui sum, et sum misit me ad vos: Græcè ὁ ὤν:
Arabicè [illegible] et [illegible]: Ridiculum verò est effugium Adver-
sarij, sum tribuit Salomoni de se ipso, id quod Salomon dixit
de sapientia æterna, quæ est ipsum Verbum seu filius Dei,
ut patet ex cap. 8. Proverbiorum Salomonis. Verba verò Da-
vid ex psalmo 77, non faciunt ad rem: Legimus enim ibi
Hebraicè: Commemorabo ab initio mirabilia tua, et medi-
tabor in omni opere tuo. Non potest autem, ab initio, ve-
rti, ad commemorabo, quod despicit tempus futurum: sed
ad, mirabilia tua; ut sensus sit: Commemorabo mira-
bilia tua, recolens ea ab initio ipsorum. Huc accedit, ab initi-
tio, Hebraicè מִקֶּדֶם non semper significare ab æterno, sed
a quocunque principio alicuius temporis determinati

8. Magnum etiam est argumentum diuinitatis Chri-
sti, quod in nomine ipsius, discipuli, et apostoli eius mira-
cula patrarent: nemo enim in Scripturis sacris inue-
nit fecisse miraculo in nomine vllius quàm Dei. Inep-
tissimum verò est exemplum seu vocatio quam affert
Hmedus ex Joanne filio Zachariæ: quasi verò Eliæa
Deo spiritum et virtutem Eliæ, seu similem illi, quæ
habuit Elias, esset idem ac facere miracula in nomine
Eliæ. Præterea ex Evangelio habemus Joannem nul-
lum fecisse miraculum, nec unquam legimus ab eo inuoca-
tum fuisse Eliam

9. Fatemur etiam nos Suscitationem mortui ex con-
tractum Crucis Christi, non esse argumentum sufficiens
ad pro-

ad probandam eius diuinitatem: sed non desunt alia plura
quæ eam sufficienter probent.

10. Quod Christus conceptus et natus fuerit ex Virgine sine operatione uiri, est argumentum non quidem certum, sed satis validum diuinitatis eius. Etenim tam nouum naturæ genus non uidetur conuenire puræ creaturæ. Vtrum uerò mirabilior fuerit ortus Christi ex Virgine, an creatio Adæ ex terra, uel Euæ ex uiro sine muliere, nolo hic exquirere, neque decidere: puto tamen Christum in hoc Adæ et Euæ longè superasse.

Postremò ad id quod obijcitur ex cap. 13. Marci, filium, nempe Christum, nescire diem et horam supremi Judicij, sed solum Patrem: respondeo, filium eo loco, cum sit indifferens ad filium Dei, et filium hominis, posse accipi pro Christo ut homine: ut homo autem potest nescire diem et horam Judicij, quamuis ut Deus sciat omnia quæ sunt Deo, cum una eademque sit utriusque scientia. Nonnulli ita explicant uerba Christi, ut hoc loco, nescire, sit idem quod scire, ut nulli uelit uel debeat reuelare. Et ita licet humanitas Christi, et fortasse etiam Angeli sciant illum diem, non tamen possint illum hominibus manifestare: et ideo respectu eorum idem est ac si nescirent. Porrò nisi ex alijs scripturis certam haberemus Christi diuinitatem, posset sic aliquis fortasse de illa ambigere. Quamobrem debemus accipere hunc locum tanquam unum ex ijs qui arabicè dicuntur متشابه

205

Primas

idest assimilati, nempe obscuriora, et intergretatione
gentes, cuiusmodi in sacris literis non pauca reperiuntur,
in quorum nonnullis ipsi Deo alicuius rei notitia uide-
tur denegari; ut quando idem Deus dixit Gen. cap. 18.
Clamor Sodomorum uel Gomorre multiplicatus est. De-
scendam, et uidebo, utrum clamorem qui uenit ad me opere
re compleuerint, an non est ita, ut sciam. Et cum ibi-
dem cap. 22. dicit: Descendit autem Dominus, ut uide-
ret ciuitatem et turrim, quam edificabant filij Adam.
Possunt tamen predicta Euangelij uerba etiam hoc modo
exponi. Cum Christus, etiam ut Deus, nullam habeat
scientiam, nisi scientiam Patris; uerè dici potest, so-
lum Patrem esse diem Judicij, quatenus pater est fons
scientiæ diuinæ, quam communicat filio. Et ideo ibi
dixit Christus: Mea doctrina non est mea, sed eius qui
misit me. Vel doctrinam suam dixit non esse suam, qui-
a, ut exponit S. Augustinus; quæ est doctrina Patris,
nisi Verbum Patris. Ipse ergo Christus doctrina Patris si
Verbum Patris. Sed quia Verbum non potest esse nullius, sed
alicuius: et suam doctrinam dixit se ipsum, et non suam,
quia Patris est Verbum. Quid enim tam tuum, quàm tu:
et quid non tam tuum, quam tu, si alicuius est quod es. Idem
uel simile dici potest hoc loco. Cum enim filius sit scien-
tia Patris, potest eodem modo dicere: scientia mea non est
mea: et præterea cum ueritate asserere, se nescire diem
Judicij, et solum Patrem illum scire. Alios similes loqué-
di modos habemus in Euangelio, in quibus Christus uide-

tur

tuo idem de Xpo affirmare et negare

§. 30.

Dissolunt alia Mahumetanos argumento contra Christi diuinitatem

Rursor quidam nomine الحسن ابن ايوب Hasanus filius Aiubi, seu Iobi, Apostata a Christiana fide ad perfidiam Mahumetanam, a quo Amedus sua arma desumpsit; alia non pauca ex sacris libris congerit argumenta, quibus probare conatur Christum non esse Deum

1.° cum quidam dixisset ei: Magister bone: ille respondit: cur me dicis bonum: nemo bonus est nisi solus Deus

Respondeo: Ex hoc loco maximè probari Christi diuinitatem. Cum enim idem Christus non semel seipsum bonum appellauerit, ut cum dixit: Ego sum Pastor bonus: nunc asserens, nullum esse bonum, nisi solum Deum, manifestè innuit se esse Deum: et ideo adolescenti uocanti se bonum, nec tamen credenti esse Deum, respondit: cur me dicis bonum, cum nullus bonus sit nisi solus Deus, et tu tamen non credis me esse Deum

2.° Cum Petrus petijsset a Christo, ut concederet sibi ambulare super aquas, et Christus annuisset: ille incipiens ambulare, mox ingruente uentorum, cepit mergi. Cui hoc (inquit Apostata) manifestè apparet defectus potentiæ in Christo, cum non potuerit perfectè præstare id quod ab eo Simon Petrus petierat. Eodem ait homo quidam amulsset filium eius obsessum a demone

ad Christi discipulos, illi non potuerunt liberare eum: quamuis Christus inm confestim eis, ut possent facere hoc et alia miracula: Ex hoc arguit tamen defectum potentiæ in Christo, quod non potuerit tribuere discipulis perfectè eam potestatem patrandi miracula, quam intendebat

Deum ignorantè et malignè secutus sum imperium, dum tribuit defectum illum potentiæ Christi, quem Euangelium manifestè ostendit fuisse fidei Petri, et cæterorum discipulorum. Quemadmodum enim Deus iuuat homines ad bene, ut ipsi malo opere fugiant, ac bene operentur, et præcipuè fidem confirmant: neque ergo potest defectus potentiæ in Deo, si male operantes, et fidem deserentes peccant illi, quo iure ea pœna sua uolebat salutem fieri: eodem modo Christus ita miracula patrare deseruerat, ut ij, quorum bono patranda erant, fidem haberent: quia si cessissent, non ex impotentia Christi, sed ex defectu ipsorum miracula non fiebant. Innumera sunt quæ Deus in suis Scripturis promittit se facturum, et tamen minimè facit ex defectu hominum: neque inde sequitur Dei impotentia, aut defectus uirtutis potest deduci

3.° Christus requisitus a Matre filiorum Zebedæi, ut alteri eorum sedem a dextris, alteri a sinistris concederet in regno suo, respondit, quemadmodum allegat Author: Non est

Hoc

hoc possibile: nam non est meum dare hoc, sed cui promisit Pater meus. Sed quod patet Christum non posse omnia, et p consequens non esse Deum

R. Respondeo, nequaquam dixisse Christum, se non posse dare filijs Zebedei sedes in regno suo: imò asseuit suum esse dare illas, uerùm non cuilibet, sed illis tantum, quibus paratæ essent a Patre suo, nempe meritis suis illas: talibus enim paratæ sedes a Deo in gloria; diuinæque iustitiæ repugnat illas indignis tribuere. Etiamsi Christus dixisset absolutè, non esse suum sedes illas dare, loquutus fuisset de se, ut de homine, non ut de Deo

4°. Dixit Christus discipulis suis Luc. cap. 22. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi Pater meus, ut comedatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Ex hoc concludit Aduersarius, Christum non posse esse Deum, qui unà cum Apostolis comestuus et bibituus sit in Paradiso, quod Deo minimè conuenit

R. hoc loco, comedere et bibere, metaphoricè accipiuntur spiritualiter sumenda esse; quod patet ex alijs scripturæ locis, in quibus excluditur a regno Dei cibus omnis, et potus: sed Pharisæus confundit Euangelium cum Alcorano, et Paradisum Christi spiritualem, cum Paradiso Mahumetis carnali

5. Christus in Symbolo fidei dicitur المولود genitus, seu, natus: ex quo ita argumentatur Aduersarius: si sic

206
215

filius est eternus, sicut dicit in Symbolo uestre fidei:
ergo non est genitus aut natus. Si autem est genitus
aut natus, ergo non est eternus, quia nomen eternitatis ca-
dit super eum, qui caret principio et fine: genitus uero signi-
ficat recentem productum, et factum: omne autem factum
habet principium

Respondemus non esse idem genitum ac factum: nam
factum supponit suum agens prius tempore: genitum
autem non ita: sufficit enim uirtute generantem et genitum
prioritas originis. Sed Arianus mentiuntur diuinam
generationem cum humana, et putauit Deum non posse
genere filium, nisi prius aliquot annos etatis sue ex-
tenderet comparationes explicari. Sol producit seu genit
lucem, et ignis calorem: et tamen nec lux est prior
tempore sole, nec calor igne: et sicut quidam falsi existi-
mauerunt, sol esset eternus, lux quoque eius esset eterna.
Verbum Deus ab eterno cognouit seipsum, et produxit con-
ceptum sui ipsius, qui est Verbum, seu filius ipsi coeter-
nus, licet Pater sit prior prioritate originis, que non re-
pugnat eternitati. Ex hoc patet responsio ad aliam obiec-
tionem similem factam ad Aduersarios de uerbis: Quare
uocatur Pater patrem, et filium filium? nam si con-
uenit Patri esse patrem ratione eternitatis, etiam filio
conuenit idem, cum sit ipse quoque eternus. Et si Pa-
ter habet scientiam et potentiam, filius quoque est
sciens et potens sicut ille. Verum si Pater et filius
eguа-

æquales sunt in æternitate et potentia, ob quod priuile-
gium, uel potestatem Pater caeret supra filium in
recipiendi et prouidendi: et Pater mittit, filius uero
mittitur: et filius sequitur Patrem et obedit illi, non
autem e conuerso? Respondemus enim, licet Pater
et filius sint æterni, et æque sapientes ac potentes, fili-
um tamen procedere ac generari a Patre, et Patrem
esse priorem filio origine, non tempore: filium uero
incipere ab æterno suum esse a Patre per generationem,
et Patrem idem omnino esse cum Patre. Dicitur autem
Pater mittere, et filius mitti; primo quatenus filius
procedit et origi a Patre, ut dictum est. 2.° quatenus
filius est homo: nam ut homo mittitur uero a Patre tan-
quam subditus, et subiectus, atque obediens Patri

6. Christus appellatur a Christianis بكر الخلايق Primoge-
nitus Creaturarum: ex quo sequitur non posse esse æternum: nam
in nullo idiomate, (inquit) inuenimus, Primogenitum, signi-
ficare, nisi eum qui maior natu sit inter fratres. Itaque
Primogenitus Creaturarum non erit nisi ex creaturis: sicut
Primogenitus iuuenum aut mulierum non est nisi ex gene-
re eorum

Respondemus, Christum in sanis literis appella-
ri Primogenitum omnis creaturæ, in quantum est homo
et creatura: neque dicitur Primogenitus ratione tempo-
ris, sed dignitatis et excellentiæ. Et hoc nomine appel-
lauit eum S. Paulus in epist. ad Colossenses cap. 1.° si-
cut et S. Joannes in Apocalypsi cap. 1.° appellauit eum

Primogenitum mortuorum, quia primus resurrexit a mortuis gloriosus et immortalis. Etsi non potest Christus etiam ut Deus dici aliquo modo Primogenitus omnis creaturæ, id est, genitus a Patre ante omnem creaturam, scilicet ab æterno, ita in Lib. Ecclesiastici cap. 24. Sapientia Dei, nempe filius dicit de se: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam. Sed tunc, genitus, non accipietur univoce, sed analogice: itaut uno modo intelligatur de Christo, alio de creaturis. Neque hoc est alienum a modo loquendi Scripturarum, in quibus apud Job cap. 38. Deus dicitur se esse Patrem pluviæ, et gigneræ stillas roris. Et Israeliticus populus dicit Primogenitus Dei [illegible]. Exodi cap. 4. primum primo loco gigneræ est producere, seu creare. Secundo loco, eligere et specialiter amare. At in Christo intelligitur strictè et propriè: et ita idem erit sic, Primogenitus omnis creaturæ, ac genitus a Patre, atque etiam dilectus ante productionem omnis creaturæ. Ita Deus dicitur ens primum omnium entium, licet ens dicatur de Deo, et de creaturis analogicè, non autem univocè. Itaque ad illud quod asseritur, unumquodque dici primogenitum respectu generis vel speciei suæ: respondemus id verum esse, cum genitus sumitur univocè, non autem cum sumitur analogicè.

7. Nomen Messiæ, seu Christi ostendit illum esse hominem et creatum: Nam hoc nomen unctus inditum fuit illi, quia unctus fuit ad Prophetiam et ad sacerdotale

unctusque

unxitque eum Deus benedictus ex excelsus. Itaque Dauid in suis psalmis testatur hoc ipsum dicens: Propterea unxit te Deus Deus tuus, magis quàm unxerit consortes tuos. Hoc quod ostendit Dauid significationem huius nominis, Messiæ; eo quod unxerit eum Deus, et elegerit, atque honorauerit eum supra consortes eius. Nam Deus unxit eum ad Prophetiam, et ad Regnum

Respondemus Christum unctum fuisse a Deo in Prophetam et in Regem, quod fatemur: hoc tamen non excludit, imò maximè probat eius diuinitatem: etenim tantus honor nulli tributus nisi illi, qui simul Deus esset, et homo. Eadem merito dicimus, quod nomen Messiæ etymologiam cum Christianis et Iudeis agnoscat: nempe משיח Messias, à משח ungere formatur, ut idem sit ac Unctus, Græcè Χριστὸς Christus: cum Arabes Mahumetani المسيح Almsiam, à مسح nempe, manu contrectare uelint deriuari: eo quod Christus manu contrectans multos quorundam Iudæorum, qui ipsum inuidebant eosdem in porcos conuertisse. Erubuit homo alioqui impudentissimus, suorum commentorum nugas probare, uel etiam commemorare.

8. Ex eo quod dicit in Symbolo, Christus natus ex Patre ante omnia Secula, ita inepte argutatur Aquinas: Necessariò Pater genuit uel aliquid quod existebat, uel aliquid, quod non existebat. Si dicatis primum: ergo Pater nihil genuit. Si secundum: ergo genuit aliquid de nouo

207
375

quod non erat: ego illud erit aliquod creatum, &c. ~~&c.~~

Respondimus iam supra, calorem produci ab igne, et lucem a sole: et tamen neque calorem esse priorem aut posteriorem igne, neque lucem solem priorem aut posteriorem tempore, sed tantùm origine, quamuis aeternitatis infinitæ ratione, quæ datur etiam inter Patrem et filium, ut iam supra toties explicauimus.

Postremo concludit Alcoranus sic: واذا نظر فى الانجيل وكتب بولص وغيره ممن يحتج به النصارى وجد نحو من عشرين الف انه كلها تنطق بعبودية المسيح وانه مبعوث مربوب وان الله اختصه بالكرامة ما خلا ايات يسيرة مشتكات قد تاولها كل فريق اولئك الذين وضعوا الشريعة على هواهم فاخذوا بذلك التاويل الفاسد وتركوا المعظم الذى ينطق بعبوديته

= Cum autem benè quis inspexerit Euangelium, et Epistolas Pau-
= li, et libros aliorum Scriptorum, quibus utuntur Christiani
= ad suum dogma comprobandum, inueniet circa viginti millia
= testimonia, quæ omnia loquuntur de esse Christi creato et
= servili respectu Dei, et quod ipse missus est, et subiectus il-
= lius dominio, et quod Deus speciali honore decorauit illum:
= exceptis paucis locis dubijs, quæ unaquæque secta eorum,
= qui componebant Symbolum fidei, interpretati sunt ad si-
= bitum suum, et amplecti sunt interpretationem suis modi
= corruptam: et relinquunt locos præcipuos, quæ clarè lo-
= quuntur de esse Christi creato et servili

Cepit deinde ex prodire Christianis falsas huiusmodi interpretationes præsertim loci illius apud S. Joannem cap. 14. Ego sum in Patre et Pater in me est:

patris
et filius

et illius cap. 10. Ego et Pater unum sumus: quasi uero ex
his posset Christi diuinitas probari, cum ex aliis Christi ver-
bis cap. 17. argumentum ab illis deprumptum refelli possit.
Ipse enim alloquens Patrem pro discipulis suis, rogat eum
dicens: Pater sancte custodi eos, ut sint etiam ipsi unum,
sicut nos unum sumus. Ego sum in eis, et tu in me. Hic
autem uerbo, (inquit) non significant unitatem essentiæ
ius cum illis, neque unitatem essentiæ aliquorum ex ipsis di-
scipulis cum aliis: sed habent aliam significationem.

Respondemus, quamtumuis hypothetice loquatur Do-
mo insanus &c. locis illis, pie tamen loquunt de esse Christi
uili et creato: et nobis, nihil officere, qui illud minime ne-
gamus. Asserimus tamen plura alia esse loca, quæ apertissi-
mè de eiusdem Christi esse diuino et increato loquuntur,
ut paulò post uidebimus. Quod uerò attinet ad uerba illa
Christi apud Joannem: respondemus in comparationibus no
requiri identitatem, sed sufficere proportionem aliquam uel
similitudinem. Dixit enim idem Christus discipulis suis:
Estote perfecti, sicut et Pater uester cæstis perfectus
est. Et tamen quantacunque sit perfectio creaturæ, in-
finitè distat a perfectione Creatoris: et imperfectio potius,
quàm perfectio dicenda est. Eodem modo, cum Christus
orauit Patrem, ut discipuli essent unum inter se, sicut
ipse erat unum cum Patre, intelligendum est cum legum-
tum fuisse de unitate analogica non unioca. Sicut
optimè quis dicere: Quemadmodum Deus regit et gubernat

ordem: ita Deus gubernat, et regit regnum suum: etiam-
si infinita sit inter regimen Dei, et hominis distantia.
Eodem modo intelligere debemus ea verba Christi allega-
ta ad Aduersus: Sed meus est in me, et ego in
uobis: Sicut Sater misit me, et ego mitto uos. Sicut di-
dicit me Sater, et ego docui uos. Semper enim intelli-
genda est analogia, et a ligna tantùm similitudo: non
autem identitas perfecta

Resumit Almedus sermonem Hasani Magistri sui,
quasi quodam parergo, uel epiphonemate hic uerbis: واعلم
نظر فى الانجيل وكتب بولص وغيره ممن تحج به النصارى وجد فيها من عشرين
الفا منه كلها تنطق بالعبودية للمسيح وانه مبعوث من عند الله اختصه
بالكلمة ومن اعجب العجب ان تكون امة كتابها ودعوتها ومبعودها واحدا يتمسكون
باسم المسيح عم وتلامذته وانجيله وسبيله وشرايعه وهم مع ذلك مختلفون
فيه اشد الاختلاف فمنهم من يقول انه اقنومان وطبيعتان وكل منهم يكفر
صاحبه ويقول ان الحق فى يده وكلهم لا ياتى من الكتاب بحجة واضحة يثبت بها
دعواه ولا من قياسه لنفسه وتاويله بما يصح له عند المناظر وانما يرجع
فى دينه واعتقاده الى ما تاوله له المتاولون بما يخالف انجيلهم وكتبهم بالهوا
والعناد من بعضهم. *Maximè uerò admirationis est, quòd u-*
na gens habeat eadem sacras scripturas, idem profiteat, idem
colat, et mordicus teneat religionem Christi et discipulorum
eius, et Euangelium eius, et statuta eius, et leges, ac sanc-
tiones eius: et inter se, quantum dici potest. Nonnulli enim gerunt in
eo duas naturas, et duas personas: et alij appellant alios
Sectarios, et infideles; adeò ut nec inter se tam enten-

tiam

tiam uerum esse. Nemo tamen est eis profecto à suis luis-
tuis professionem claram et euidentem, qua confirmet
id quod dicit; neque ullam regulam eius, aut analogiam,
aut interpretationem, qua id uerum ostendat apud disputantes: uerùm peccauit in religione sua et in professione fidei suæ ad interpretationem eorum, qui interpretantur contraria Euangelio suo, et scripturis sacris suis, ex uoluntate et cultu quorumdam ex ipsis. Affert deinde responsionem ad Sectas quorumdam Christianorum asserentium non in Christiana solùm, sed in cæteris quoque religionibus dissidia, uariasque sententias inuenirii: et unumquemque ueritatem sibi arrogare. Sed respondet, nullam religionem labuisse cultores discordes in articulis substantialibus suæ fidei, quos Arabes uocant الاصول, idest radices, seu truncos: sed in ijs tantum, quos appellant الفروع idest ramos: nimirum res leuioris momenti, et quæ ad substantiam religionis non pertinent

Sed in hoc, ut in alijs multis, Aduersarius sibi ipsi contradicit. Quinò enim affirmat Christianos habere eosdem sacras Scripturas, idem predicare, idem colere, eandem Christi religionem et discipulorum eius, idem Euangelium, easdem Leges, ac sanctiones tenere: et quod præcipuum est, unum tantum Deum colere: et nil sibi minus nullam esse, aut fuisse religionem, cuius cultores adeo inter se discordes essent, ut Christiani esse desiuerint. Neque ueró cur falsò insimulat Nimedi discessisse.

208
4/5

senserint in Trinitate, seu indicibus, cuiusmodi sunt Unitas
et Trinitas Dei: uera Christi diuinitas, et humanitas:
eiusdem Christi passio et mors & crucem pro salute hu-
mani generis: eterna beatitudo in celis, et supplicium
eternum in gehenna, et alia huiusmodi precipua do-
gmata, in quibus Christiani omnes conueniunt: dissen-
tientes tantummodo in nonnullis dogmatibus, que etiam
si ea ignorantia inculpabili uel reiecianur ignorentur, uel minus
recte teneant, non impediunt eternam salutem, neque
propterea dici debet aliquis non esse uere Christianus.
Inter hec censeri debet dogma de una uel duabus na-
turis, seu personis, in Christo. Qui enim asserunt esse in
eo unicam naturam, et duas personas, confundunt pro-
cul dubio personam cum natura: ceteruin ipsi etiam
credunt, et confitend, Christum esse uerum Deum et
uerum hominem, cum operationibus distinctis humani-
tatis et diuinitatis, quemadmodum nuper Latriarcha
Alexandrinus in sua professione, quam transmisit ad In-
nocentium Octauum Pontificem Maximum apertissimis
uerbis profitet. Sed certe non nulli ex Christiana ment e
tidem in iudicibus: hoc non officit Christiane religionis
ueritati, sicut non putant Mahumetani officere suae secte,
quod inter eos sint qui negent non solum ea que ipsi ex-
tissime credunt de Alcorano, et Mahumete, sed etiam
de Deo, cum inter eos non pauci sint qui negent prorsus
Deum de hoc argumento filius alibi agemus

§. 4°

Probatur Christi Divinitas ex Sacris Scripturis contra Samosatenos.

Non sine evidentissimo mendacio pronunciat Asmenius cum Magistro suo Photino, in sacris Scripturis nonnulla tantum obscura ac dubia pro Christi divinitate testimonia reperiri: cum ea, quæ illud hominem detestatum fuisse affirmant, innumera sint et apertissima, itaut non nisi summam impudentiam possint negari. Fatemur nos etiam ingenuè in sacris libris frequenti ubi Christum nobis ut hominem, quàm ut Deum proponi. Id verò duplici de causâ factum esse credendum est. Ut nemo dubitaret de vero ejus humanitate, cum plures futuri essent, qui illum apparentem tantum et phantasticè hominem fuisse existimarent: quales fuerunt Marcionistæ, Manichæi, et alij. 2° Quia cum introducerent Deum factum hominem, et homines verbo et exemplo docuit, et pro nobis ac morte sua redimeret: æquum erat, frequentius ea quæ ad humanitatem ejus spectabant, quam quæ divinitatem respicierent, proponere. Satis nimirum erat tantum attingere de divinitate, quantum necesse esset ad credendum ipsum esse Deum. Et quia sic credendum erat, ad maiorem fidei meritum nobis tempore Spiritus Sanctus apertissimis verbis, et valde frequenter, hoc magnum mysterium

a

D. Mary Magdalene progeni.

Non tamen, ut dixi, desunt satis aperta ac certa testimonia illius diuinitatis tam in ueteri, quàm in nouo Testamento, que Mahumetani nullo modo negare possunt, uel in dubium reuocare; Ea nos breuiter sequemur; persequi enim ab Apostolis Missionibus ad Controuersiarum Sectatores, qui illa passim tractant, recognosci

1°. In Psalmo 2°. quem non solùm Christiani, sed Iudei quoque et Mahumetani de Christo sequuntur; ita Christus ipse dicit sequitur: Dominus dixit ad me; Filius meus es tu: ego hodie genui te. In quibus uerbis Deus affirmat, Christum esse filium suum, non adoptionem, electionem, aut gratiam, sed & generationem. Ergo Christus est Deus: nam filius & generationem, debet habere eandem naturam cum Patre. Nec obstat quod Mohammedus filius Jacobi, autor Camus, seu Alcoranii Arabici dicat loc loco ولدتك genuite, idem esse ac ربيتك nutriuite: Ebn-Athir uero, Autor ite celebris apud Mahumetanos, udlit legendu esse ولدتك genedrariofeci te, in secunda coniugatione: et preterea pro

209

51 S.

ابني filius meus; legendu putet ابي propheta meus: Nam huiusmodi interpretationibus repugnant non solùm scripturæ Hebraicæ, sed Versiones omnes Græca, Latina, Syriaca, Arabica, et quot quot inueniuntur: neque in Arabico Idiomate recipiendum

(ויצץ) unquam וצץ aliud significare, quàm gignere seu genera-
re: nunquam, nutrire.

2° Isaiæ cap. 35. De Christi aduentu hæc legunt. De-
us ipse veniet, et saluabit nos: tunc aperient oculi ce-
corum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cer-
uus claudus, et soluta erit lingua mutorum. Hæc sine mate-
rialitate, sine spiritualitate accipiantur, non dixi de Christo
intelligi possunt, qui sic absolutè Deus appellat.

3° Ibidem cap. 45. ita legimus. Hæc dicit Dominus:
Labor Ægypti, et negotiatorum Aethyopiæ, et Sabæim uiri
sublimes ad te transibunt, et tui erunt. Post te ambula-
bunt, uincti manicis gregent, et te adorabunt, tecumque deprecabi-
bunt. Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.
Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel, Saluator. Hæc
si recte legendo, non nisi Christo possunt conuenire,
qui merito uocat Deus absconditus, seu abscondens se se,
quia in eo diuinitas in humanitate latebat. Nomen uero
Saluatoris, est peculiarium nomen Christi. Quod si obijcias,
uerba precedentia spectare ad Cyrum Regem Persarum: respon-
deo sic fieri mutationem posse, cum huiusmodi uerba nul-
lo modo Cyro homini idolatræ possint conuenire

4° in lib. Baruch, cap. 3. scribitur. Hic est Deus no-
ster, et non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit
omnem uiam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo,
et Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, et
cum hominibus conuersatus est. Quandonam Deus post

Dicam Legem (nam Lex intelligitur nomine omnis uitæ disciplinæ
Doctrinæ, uiuens est in terris, et cum hominibus conuersatus,
nisi quando in Christo uniuit hypostatice naturam suam
Diuinam cum humana. 3 Quamuis autem liber Baruc ab
Hebræis inter libros canonicos non numeretur: agnoscunt tamen
illum et recipiunt inter eos libros, qui dicuntur scripti Spiri-
tus בקול filium uocis, idest & diuinam inspirationem.
& S. Zachariæ cap. 2. Hæc dicit Dominus exercituum:
Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt uos:
qui enim tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei (Vo-
die Hebraice legitur, oculi eius). Quia ecce ego leuo
manum meam super eos, et erunt spolium seruis suis: et
scietis quod Dominus exercituum misit me. Laudi et læ-
tare filia Sion, quia ecce ego uenio, et habitabo in medio
tui, ait Dominus. Et adherebunt gentes multæ Domino
in die illa, et erunt mihi in populum: et habitabo in
medio tui: et scies quod Dominus exercituum miserit me
ad te. Videmus hic Dominum exercituum a Deo exer-
situm fuisse a Domino exercituum. Cumque uaticinium
de Christo accipiendum sit, non potest is qui missus est a
se nisi Deus, et idem Deus cum eo a quo missus est. Et
notandum est ubique hoc nomen proprium ueri Dei
יהוה. Quomodo autem dicat Deus filius mitti a Deo
Patre, idem supra explicatum est

6. Eodem cap. 3. Et ostendit mihi Dominum Iesum
Sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: et Sa-
tan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei. Et dixit Do-

minus

minus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan; et increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem. Sic manifeste apponet Distinctio duarum personarum, dum Dominus dicit Satane: Increpet Dominus in te. Proprie uero Hebraicè est nomen Dei proprium יהוה. Quod si respondeas, Deum increpare sibi ipsi, ut increpet Satanam, nullo modo uideri probari posse Iudaeo tuo responsio

Deum Sic, quę Sacrum ex ueteri Testamento tam hoc loco, quàm supra, ubi de Arcano diuinissimę Trinitatis Mysterio egimus, a nobis producta sunt, poterunt fortasse Iudaei aliquid obijcere, ut probent aliud esse eorum sensum ad eo quem nos illis tribuimus. Sed quid dicent ad ea eiusdem ueteris Testamenti loca, quorum sensus certus et indubitatus ex noui Testamenti expositione tenetur?

Primus est Ps est in lib. Numer. cap. 21. Locutus est populus contra Dominum et Moysem. Quamobrem immisit Dominus in populum ignitos serpentes. S. Paulus Epist. 1. ad Cor. cap. 10. ita locum hunc exponit: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, et a serpentibus perierunt. Dominus ille, quem tentauerunt Hebrei, erat uerus Deus Israel: et tamen S. Paulus pronunciat hunc fuisse Christum. Ergo Christus est uerus Deus

1. Exod. cap. 20. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Hunc Dominum

Deum assumat. S. Iudas in Epistola sua fuisse Iesum Christum, dicens: Iesus populum de Aegypto saluans secundo eos qui non crediderunt perdidit. Angelos uero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei uinculis eternis sub caligine reseruauit. Sicut uero Exodi cap. 20, et alibi dicitur Deus saluasse populum de Aegypto: sic Numer. cap. 14. dicitur eosdem perdidisse propter diffidentiam incredulitatem. Contrà Angelos rebelles non ab alio, quàm a Deo punitos fuisse, Mahumetani ipsi ex Alcorani doctrina fatetur cogunturq. Christus igitur est uerus Deus. Quod si obijcias, in Epist. Iudę non legi Grecè ὁ μόνος δεσπότης Iesus: sed ὁ μόνος κύριος Dominus: Respondeo Textus Latinos conuenire cum aliis Textibus Grecis antiquioribus, in quibus legitur Iesus, non autem Dominus. Legerec in nouo Testamento, ubi ponitur absolutè Dominus, intelligi communiter Christus, præsertim in Epistolis canonicis.

3. Dauid psalmo 67. alloquens ueterem Deum, ait: Ascendisti in altum, captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Hęc uerba S. Paulus ad Ephes. cap. 4. tribuit Christo, dum scribit: Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Expone quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem adendit, quid est, nisi quòd ex de

et descendit primùm in inferiores partes terræ? Patet igitur Christum esse verum Deum.

4. Psalmo 96. verba illa: Adorate Deum omnes Angeli eius: idem S. Paulus ad Hebræos tribuit Christo, dicens de Patre: Et cum iterum introducit Primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.

5. Verba Psalmi 44. Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Idem S. Paulus explicat de Christo: Quem primo David Deum appellat dicens: Sedes tua Deus in sæculum sæculi. Deinde addit, unctum fuisse a Deo suo, minimum secundum humanitatem, ad ostendendum illum Deum simul esse, et hominem. Neque respondeat Muhumetanus, verbo illo: Sedes tua Deus, esse apostrophen ad Deum abruptam ab antecedentibus, et consequentibus. Nam primò obstat auctoritas S. Pauli, qui cum in antecedentibus et subsequentibus propter eam faciat apostrophen ad Christum; importune esset apostrophe in medio apostrophes, cum continuatione sermonis in secunda persona. Fatetur hoc vel inuitus R. Abraham Aben-Ezra, qui ita scribit in hunc locum: Dicò qui dicit, quod verba illa: Sedes tua Deus &c. sunt referenda ad Deum: attendat quod sequens versus hoc neget, qui ait: Dilexisti iustitiam &c. et odisti

Sunc psalmum magis conuenire Messiæ quàm alij.

6. Verba illa psalmi 101. Initio tu Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanes &. Idem S. Paulus loco citato explicat tanquam dicta de Christo: quamobrem æquitur Sunc esse Deum Creatorem cæli et terræ

7. Verba Isaiæ cap. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & et dixit Dominus ad me: Dic populo huic: Excæca oculos ipsorum, et cor eorum aggrauа: pertinere ad Christum, asserit S. Joannes cap. 12. Euangelij, dicens: Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, et locutus est de eo. Neque obijcias, uerba Joannis referri ad primum locum Isaiæ cap. 53: Domine quis credidit auditui nostro &. Nam primo cap. 53. Non vidit gloriam eius Sed potius ignominias et pœnas eius. 2. Impertinens est, ut cum Joannes immediate post 2.um locum Isaiæ subdat: Hæc dixit Isaias &. Euonomen, hæc, referatur ad p.um, et non ad 2.um locum

8. Verba eiusdem Isaiæ cap. 8.o: Dominum exercituum, ipsum sanctificate: ipse timor uester, et ipse terror uester. Et erit uobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis et petram scandali & Exponunt de Christo S. Lucas in Euangelio; et S. Petrus, ac S. Paulus in suis epistolis. Introducit enim S. Lucas cap. 2.o Euangelij Simeonem predicentem de Christo: Ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel. Et S.

Petrus

Petrus epist. 1. cap. 3. Fideles hortatur dicens: Timorem autem eorum ne timueritis; et non conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris. Et cap. 2. loquens de Christo: Vobis honor credentibus: non credentibus autem, lapis offensionis, et petre scandali. Denique S. Paulus ad Romanos cap. 9. loquens de perfidia Hebreorum in Christum, ait: Offenderunt enim in lapidem offensionis: sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, et petram scandali

9. Verbo eiusdem cap. 40. Vox clamantis in deserto: parate uiam Domino, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri: esse uaticinium de Christo, cuius aduentum precipuit S. Joannes Baptista, ut pararet uiam eius, asserunt omnes Euangeliste. Quemadmodum etiam locum illum Malachie cap. 3. ubi dicit Deus: Ecce ego mitto Angelum meum, et preparabit uiam ante faciem meam. Hunc enim Angelum esse Joannem Baptistam, qui preparauit uiam ante faciem Christi, asserit ipse Christus Matt. cap. 11. Et confirmat Zacharias pater eius Luce cap. 1. illis uerbis: Et tu puer Propheta Altissimi uocaberis: preibis enim ante faciem Domini parare uias eius

10. Verbo eiusdem Isaie 7 cap. 45. Ego Deus et non est alius: in memetipso iurauit, quia mihi curuabitur omne genu. S. Paulus ad Romanos cap. 14. exponit de Christo dicens: Omnes stabimus ante Tribunal Christi

scriptum est enim: Viuo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu. Postremò cum apud eundem Paulum tam cap. 9. et 14. et 15. Deus sed dicat de se: Ego sum primus, ego nouissimus: et idem dicat de se ipso Christus in Apocalypsi cap. 1.°: necessariò fatendum est, Christum esse Deum

Istis supereque probant testimonia hactenus allata, Christum, quemadmodum uere est homo, ita etiam uere esse Deum. Attamen, ut clarius hæc ueritas Mahumetanis appareat, ex uarijs noui testamenti locis illam directè probemus. Et

1.° Matth. cap. 16. S. Petrus Apostolorum Princeps fatetur Christum esse filium Dei uiui. Neque obstat quod in sacris Literis, alij etiam filij Dei appellentur. Diuerso enim modo conuenit hoc Christo, ac cæteris siue Angelis siue hominibus: quemadmodum diuerso modo conuenit illi hoc nomen Christi, seu Messiæ, ac alijs qui eodem nomine inueniuntur appellari. Nemo quippe absolutè a nuncupatus fuit Messias, quemadmodum neque filius Dei nisi Jesus. Ex quo patet aliquid singulare importare in illo hoc nomen, quod non competit ulli alij. Unde hoc loc primo ex Proverbijs Salomonis cap. 30, ubi dicitur de Deo: Quod est nomen eius, et quod nomen filij eius, si nosti? Certè si hic nomen filij nihil aliud significaret, quam adoptionem, aut electionem, intempestiuo esset satis leuis, et facilis, cum omnes boni sint filij Sanctitatione filij Dei; at tamen tanquam res unius ueri-

nostigabilis proponatur. 1.° Nemo nisi Christus, tanquam proprio, et insito nomine vocatur in Scripturis filius Dei. Hoc non indiget probatione: nam omnia Evangelia, et veteri Libri Testamenti id manifestissime demonstrant. 2.° Propterea sum, filius Dei, dicit de Christo, semper in Textu originario Greco, quemadmodum etiam in Versione Syriaca, et Arabica ponitur cum articulo, seu cum do emphatico: quod ostendit Christum proprie, vereque singulariter esse filium Dei. Quod si Mahumetani dicant, Christum progredi excellentem electionem ipsorius, non autem proprie divinitatem quam habeat, respectu Antonomastice filium Dei: respondemus ob Sanctionem in sententia ipsorum multò magis Mahumetum quàm Christum honorandum fuisse a Deo hoc nomine, cum, licet falsò, putent electionem illius excellentiorem fuisse, quàm electionem Christi; ac propterea absolutè et tanquam proprio nomine vocent eum المصطفى Electum: et tamen neque in Alcorano, neque usquam apud Arabes obtinuit unquam nomen filij Dei. 3.° si Christus dicetur filius Dei per adoptionem, aut electionem; non esset, cur Evangelistæ, recipient tanquam rem novam, et divinitus revelatam, quod aliquis eum agnosceret et fateretur filium Dei: et quod Christus ipse Petro se talem agnoscenti ac fatenti diceret: Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in Cœlis est: et propterea constituerit eum Principem Ecclesiæ suæ

et eruderet illi clauis Regni Celorum. 4° Christus non so-
lum dicit filius Dei, sed filius Dei uiui. quod sine dubio
est ad demonstrandum illum esse filium Dei naturalem,
et ab eo genitum. Genitus enim, ut sæpe diximus, est pro-
cessio uiuentis a uiuente in similitudinem naturæ. Iudæ-
is enim Deum cap. 2. predicat, Israelitas nominando esse
filios Dei uiuentis: non tamen predicitur eos esse uere tales.
Negue unquam de ullo singulari homine quod Christum
dictum uel scriptum fuit, uere esse filium Dei uiui. 5°
Non solum Christus dicit filius Dei: sed filius Dei uni-
genitus: et additur a S. Joanne cap. 1: Qui est in si-
nu Patris: quod manifestè ostendit illum esse uerum fi-
lium Dei uerum, et naturalem. 6° Iudei ipsi apertè agno-
scebant Christum uocare se filium Dei hoc modo, et conse-
quenter fatebi se esse æqualem Deo, et Deum uerum.
Hoc patet ex Joan. cap. 5. ubi cum dixisset Christus: Pa-
ter meus usque modo operatur, et ego operor: subjicit E-
uangelista: Propterea ergo magis quærebant eum Iudei
interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed et
patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.
Et cap. 10. Cum Christus dixisset, Deum esse Patrem
suum, et consequenter se esse filium Dei: sustulerunt
lapides Iudei ut lapidarent eum. Cumque de hoc Christus
conqueri; respondebant ei: De bono opere non lapi-
damus te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum facis
te ipsum Deum. Non dixerat autem Christus, se esse

Deum

Deum, ad filium Dei: ut pater ex eo quod requirit. Do dici-
tis, quia blasphemas, quia dixi filius Dei sum. Intelligebant
scilicet, filium Dei deduce et simpliciter, inuolucrum meum
uero filiationem Dei naturalem; et consequenter equali-
tatem cum Deo. Nouerat etiam Pontifex Caiphas ex
studiose exquirebat ab eo, utrum esset filius Dei uiui.
Cumque id ille confessus esset, Caiphas scindens uestimen-
ta sua, eumdem blasphemie condamnauit. Et Iudei
dixerunt ad Pilatum Joan. cap. 19: Nos legem habemus,
et secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.
Hoc autem nulle modo fecisset, aut dixisset, si de filia-
tione et solam gratiam uel adoptionem illum sequi existi-
massent: nemo enim uel blasphemus, uel mortem dignus cen-
seri poterat, qui illam sibi tribuisset. Postremo solus
Christus, proprius et uerus Dei filius appellatur: ut
in Epistola ad Romanos cap. 8: Qui etiam proprio
filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit
illum. Et in epistola 1.ª Joan. cap. 5. Dedit nobis
sensum, ut cognoscamus uerum Deum, et simus in uero
filio eius. Hic est uerus Deus et uita eterna. Ex
his manifestum est, si Christus est filius Dei non ped
adoptionem, sed uerus, proprius, unigenitus, et naturalis,
esse etiam uerum Deum.

1.º Luce cap. 1. dixit Gabriel de Joanne Baptista. Mul-
tos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum:
et ipse precedet ante illum in spiritu et uirtute Elie. Ma-

missarum est autem Joannem non precessisse nisi ante Christum: juxta illud S. Pauli in actis Apostolorum cap. 13. Dixerit Deus Israel Salvatorem Jesum, prædicante Joanne ante faciem Adventus eius. Negue pronomen demonstrativum, illum, in verbis Gabrielis potest referri ad alium, quàm ad Dominum Deum ipsorum. Et igitur Christus Dominus Deus filiorus Israel. Et confirmatur verbis illis Zacharię dicentis filium suum Joannem: Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius

Et Joannis cap. 5. Judęi quærebant Christum interficere, quia non solum solvebat Sabbatum, sed etiam Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Et Quo in loco notandum est, verbo illo, æqualem facien Deo, non esse Judęorum, sed Evangelistæ, qui sciebat, idem esse Patrem Deum, et esse filium eius naturalem, hæc esse æqualem Deo. Quod si verba illa posuisset Evangelista ex mente Judęorum, et ea falsa existimasset, utique eorumdem errorem confutasset, vel saltem manifestasset, ut alias dum sæpe fecisse videmus. Et cap. 2. cum dixisset Jesus: Solvite Templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud: et Judęi intellexissent hæc verba de Templo Jerosolymitano: statim Evangelista corrigit eorum errorem, dicens: Ille autem dicebat de Templo corporis sui. Et cap. ult. cum dixisset de Joanne ipse:

Sic cum

sic eum uolo manere donec ueniam: et ceteri discipuli
putarent de hoc significari, illum nunquam esse moriturum usque ad Christi aduentum: corrigit eorum
prauum errorem: Et non dixit Jesus non morietur, sed sic
eum uolo manere donec ueniam: eodem modo cap. 11.,
cum dixisset Jesus: Lazarus amicus noster dormit:
et putarent discipuli de uero somno, statim detexit eorum deceptionem, dicens: Dixerat autem
Jesus de morte eius. Si igitur hic etiam Judei falso
opinati fuissent, correxisset Joannes eorum opinionem
dicens: et non dixit Jesus se esse æqualem Deo: imo
Jesus ipse, quemadmodum semper eorundem Judæorum
calumnias et mendacia detexit uel negabat, ita
hic quoque si falsi falsum quid imposuissent, procul dubio illud reiecisset, atque innocentiam suam manifestasset. Et quemadmodum sic non negauit se esse
æqualem Deo, ita neque cap. 10 ubi hoc idem oppo-
nunt ei illis uerbis: De bono opere non lapidamus
te, sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis facis
te ipsum Deum non respondit: Ego non facio me ipsum
Deum: imo datum habuit quod ipsi dixerunt, eminens
eos illis uerbis: Si non facio opera Patris mei (id est opera
propria Dei) nolite credere mihi. Si autem facio: et si
mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, et
credatis, quia Pater in me est, et ego in Patre. Ob-
tices, primo Christum respondisse Judæis: Non ne scriptum est

2 12
8 5

+ a capite

in lege uestra: Quia Ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, et non potest solui Scriptura. quem Pater sanctificauit, et misit in mundum, uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi: filius Dei sum. Sed quia uerbo uidetur ostendi Christum non alia ratione asseruisse se esse Deum, nisi filium Dei, quam illos, qui dicti sunt dij, et filij Dei, ij ad quos sermo Dei factus est, nempe gratiam et adoptionem tantum. Respondeo Christum argumentatum fuisse contra homines a minori ad maius: non secus ac si filius Regis uerus et naturalis, sed ignotus ac sub ueste peregrino aduenerit temeritatis quod uocaret se filium Regis illius, qui etiam domesticos suos famulos appellaret filios: ille uero responderet: Vos arbitramini me temerarium, quod me ipsum filium Regis appellem, a quo genitus sum, cum Rex appellet filios etiam suos domesticos. Eandem uim habent uerba Christi, nimirum: Si illi ad quos tantum sermo Dei factus est dicuntur dij et filij Dei: quanto magis debetur mihi hoc nomen, quem Pater sanctificauit & unionem hypostaticam diuinæ naturæ cum humana (nam id significat hoc loco sanctificauit, iuxta sensum Doctorum Christianorum) et misit in mundum? Probat deinde sequentibus uerbis se esse filium Dei non adoptionem, sed & generationem, et consequenter Deum uerum, & opera propria Dei, quæ faciebat

faciebat

faciebat.

A° Joannis cap. 14. Dixit Christus Apostolis: Credite in Deum, et in me credite. Quod ostendit vnum esse Deum. Alioquin non adiecisset vtri fidem ab Apostolis, quæ Deo debebatur. Quod si obijciant Mahumetani; etiam Exodi cap. 14 scriptum esse de Israelitis: et crediderunt in Dominum et in Moysen seruum eius: respondemus ea verba, seruum eius, ostendere, diuerso modo accipiendum esse ibi, credere, respectu Dei, et respectu Moysis. Quemadmodum ibi, credere, non importat actum fidei, sed certitudinij illius quod promissum fuerat. Quamobrem tam Versio Græca, quàm Latina habent: Et crediderunt Deo, et Moysi seruo eius. Arabica autem optimè interpretatur: وامنوا بالرب وصدقوا موسى عبده. Et crediderunt in Dominum, et pacem habuerunt Moysem seruum eius. In Euangelio autem loco iam allegato Arabicè habetur امنوا بالله وامنوا بي Credite in Deum, et credite in me: non autem وصدقوني et veracem habete me. Patet ergo ex verbis sequentibus, eandem fidem sic tribui Deo, ac Christo: sequitur enim paulo post: Ego sum via, veritas, et vita. Quæ verba soli Deo conueniunt, qui Arabicè etiam tanquam proprio nomine dicitur الحق Veritas. Et multo magis ea illis: Si cognouissetis me, et Patrem meum vtique cognouissetis. et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. Certè discipuli cognoscebant Christum, sed nondum agnoscebant

esse eundem Deum cum Patre; Sed si hoc cognouissent, cognouissent etiam Patrem. Quamobrem postulanti Philippo, ut Patrem ipsis ostenderet, respondit: Tanto tempore vobiscum sum, et non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Non credis, quia ego in Patre, et Pater in me est? Certè si Christus non esset Deus idem ac Pater, nullo modo verificari possent hæc verba illius.

S. Joannis cap. 16. dixit Christus: Omnia, quæ habet Pater mea sunt. At quis unquam dicere auderet, nisi iure posset: Mea sunt omnia quæ habet Deus, nisi etiam sit Deus? Certè si quis diceret: Omnia quæ habet Rex, mea sunt: apertè ostenderet se etiam esse Regem vel filium Regis eundem et successorem Regis. Confirmauit hoc idem Joan. cap. 17. cum dixit Patri: Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt. Si omnia Patris sunt filij, et omnia filij sunt Patris; impossibile est filium non esse æqualem Patri, et eundem Deum cum illo. Matthæi etiam cap. 11. dixit: Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: et nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit nisi filius, et cui voluerit filius revelare. Et ne ullo creatum, quæ sine blasphemia dicere posset: Deus mihi tradidit omnia: quod idem est ac dicere: Ego habeo omnia quæ habet Deus: et nemo novit me, nisi Deus: et nemo novit Deum nisi ego: et ego revelo Deum cui volo. Hæc sanè

nemo

nemo dicere potest, nisi sit Deus

S. Joan. cap. 20. Thomas Apostolus dixit Christo: Dominus meus, et Deus meus. Et notandum est Græcè esse cum articulo: ὁ κύριός μου, καὶ ὁ θεός μου. Quod ostendit Thomam confessum fuisse Christum ut uerum Deum, et uerum Dominum. Christus uerò non solùm de Doc illum non reprehendit, sed etiam laudauit et commendauit dicens: Quia uidisti me Thoma credidisti: Beati qui non uiderunt et crediderunt

7. In epistola ad Romanos cap. 9. loquens S. Paulus de Judæis, ait: Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus Benedictus in secula: Quem locum ita transtulit Interpres suus: Et ex ipsis genetis tus fuit Christus in carne, qui est Deus, qui est super omnia: cui laus et benedictio in secula seculorum Amen. Quid clarius dici poterat pro uera Christi diuinitate

8. In epist. ad Galatas cap. 1. ita loquitur S. Paulus: Notum uobis facio Euangelium quod predicatum est a me; quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Jesu Christi. Quibus uerbis Apostolus non obscurè insinuat, Christum non esse purum hominem, sed etiam Deum, dum affirmat se non accepisse nec didicisse Euangelium ab homine, sed a Jesu Christo sibi illud reuelante. Et confirmat ea prima eiusdem Epistolæ uerba: Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per homi-

213

9/5 qui si deter. in Principio

nem, sed Jesum Christum et Deum Patrem. Ergo Jesus
Christus non est unus homo, sed etiam Deus.

3. In epistola ad Philippenses cap. 2. dicit D. Pa-
ulus de Christo: Qui cum in forma Dei esset, non ra-
pinam arbitratus est esse se equalem Deo: sed semetip-
sum exinaniuit formam serui accipiens, in similitu-
dinem hominum factus, et habitu inuentus ut homo
Porrò forma alicuius rei est essentia ipsius rei.
non enim potest hic esse sermo de forma acciden-
tali, quæ in Deo nullo modo reperitur. Ergo forma
Dei est essentia seu esse Dei. Ergo Christum esse
in forma Dei, est esse in essentia Dei seu habere
idem esse cum Deo: quemadmodum esse in forma ser-
ui, idest hominis, ut explicat idem Paulus, est
habere essentiam seu esse serui uel hominis. Con-
firmatur primò: quia si, cum esset in forma
Dei, accepit formam hominis, et factus est homo,
ergo antea non erat homo. Sed neque erat hinc
sus. Quid ergo erat cum erat in forma Dei? Ne-
tè Deus. Sed deinde exinanitem abscondens (hoc enim fuit
semetipsum exinanire) factus est homo. Confirma-
tur 2.° ex illis uerbis: Non rapinam arbitratus
est, esse se equalem Deo. Nam si Christus non
arbitratus est, idest non putauit neque existima-
uit (hoc enim significat uerbum Græcum ἡγήσατο,

non

non autem meditatus seu speculatus est, ut falsò, imò impiè ault Erasmus) vsurpinam esse, assumere sibi æqualitatem cum Deo: ipso putabat, sibique persuadebat, posse eam sibi iustè tribuere: id ueiò minimè fecisset, si non fuisset reuera æqualis Deo

10. In epist. 1. cap. 5. ita scribit S. Ioannes: Et scimus quoniam filius Dei uenit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum Deum: et simus in Deo, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus et uita æterna: ita enim habent fontes Græci, et Versio Syriaca, cum quibus Latina etiam conuenit. Quibus in uerbis, Christus appellatur Deus, et affirmatur esse uerus Deus et uita æterna. Deus enim, seu Deitas est nomen Dei apud Arabes, et etiam in sacris litteris. Quod si dicant Mahumetani, pronomen, Hic, referri ad uerum Deum ante nominatum, non autem ad filium: Respondemus pro nomen demonstrativum, Hic, naturaliter referri ad magis propinquum. Ita si dicam: Profectus sum Romam, ut viderem Templum magnificum S. Petri: et Templum S. Pauli; Hoc est Templum magnificum: certè nemo dicet, Hoc, referri ad Templum S. Petri: alioquin esset inepta loquutio: idem enim bis frustrà repeteretur

11. Euangelium Ioannis primis uerbis manifestissimè testatur Christi diuinitatem, dicens: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Multa possunt Mahumetani, et Ariani alibi cauillari: sed hic uerba adeo clara sunt et aperta, ut nihil in con-

tuitum esse, neque ullo modo tergiuersari possint. Ipse enim dicitur Verbum esse factum: et sic Verbum non esse creatum productum, sed fuisse antequam quidquam crearet Deus: et sic idem Verbum carnem assumpsisse, et hominem factum fuisse. Neque dici potest, assumendo carnem, desisse esse Deum: Impossibile enim est Deum deficere in esse suo. Probant etiam euidentissimè Christi diuinitatem uerba sequentia: Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso uita erat &c. Hæc sanè si de alio, quàm de uero Deo dicantur; falsa, imò impiè dicentur. Nam, ut optimè obseruat S. Augustinus, si omnia quæ facta sunt, per Verbum facta sunt, et nihil est factum, quod non factum sit per ipsum: non potest ipsum Verbum factum esse seu creatum, alioquin per se ipsum factum esset, quod repugnat: et sequeretur aliquid factum, quod non esset factum per ipsum, quod negat Euangelista. Nec dicant Arianumetani, particulam, per, ostendere causam instrumentalem: nam causa etiam principali tribuitur, ut idem sit per ipsum, ac ab ipso. Latet hoc ex multis exemplis Scripturæ: ut ex Epistola ad Romanos cap. 11. ubi dicitur de Deo: Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia. Non potest hic particula per significare causam instrumentalem. In epist. etiam ad Galatas cap. 1. ubi ait S. Paulus se factum fuisse Apostolum per Jesum Christum, et Deum

Patrem

Patrem. In veteri etiam Testamento Osee cap. 1. ita lo-
quitur Deus: Et domui Iuda miserebor, et salvabo eos
in Domino Deum suum, et non salvabo eos in arcu
et in gladium: ubi primo loco particula per nullo mo-
do significare potest instrumentum. Dicit autem Et-
sed creabo omnia per filium, licet etiam filius omnia
creaverit, quid est Verbum Patris et persona ab illo pro-
dens. Sta dicit Sermo intelligere per intellectum, licet in-
tellectus etiam ut causa principalis intelligat: et videre
per oculum, et operari per manum seu brachium: licet tam
oculus quam brachium et manus sint causae principales
seu coprincipales suarum operationum. Confirmatur hoc
ex Evangelio Joannis cap. 5., in illis Christi verbis: Pater
meus usque modo operatur, et ego operor. Et paulo post:
Non potest filius a se facere quidquam (quia scilicet per
generationem accipit suum esse a Patre, et consequenter
etiam omnipotentiam, qua operatur) nisi quod viderit
Patrem facientem. Quaecunque enim ille fecerit, hec
et filius similiter facit. Pater enim diligit filium,
et omnia demonstrat ei que ipse facit: et maiora his de-
monstrabit operа ut vos miremini. Sicut enim Pater susci-
tat mortuos et vivificat, sic et filius quos vult vivificat.
Ex quibus patet ita Patrem operari per filium, ut filius
etiam operetur cum Patre, et eodem modo quo Pater.
Huc accedit quod in Scripturis habetur, non solum omnia
facta esse per Christum; sed etiam facta esse in Christo

214

10 S G

dust in uirtute et omnipotentia eius. Quare in epistola
ad Ephesenses cap. 1. scribit: In ipso condita sunt u
niuersa in Cœlo, et in terra; uisibilia et inuisibilia,
siue Throni, siue Dominationes siue Principatus, siue
Potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt, et
ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant. Hæc
si de alio quàm de Deo dicant, falsò impiè que di-
cent. Porrò cum Mahumetani uelint Christum non
esse Deum, sed putent Dominum: dicant nobis; cum
inuocato S. Paulum, et cæteros sacros Scriptores imò ipsum
Christum, esse ante Mundum, et ante omnem creaturam:
dicente eodem in Euangelio Joannis cap. 17. Et nunc
clarifica me tu Pater apud temetipsum claritate
quam habui priusquam mundus esset, apud te: dicant,
inquam, nobis: quid erat tunc? Erat ne Angelus, an
homo, an aliquid aliud creatum? At ita non fuisset an-
te omnem creaturam, alioquin fuisset ante seipsum.
Si Mahumetani sic tam clarè apertisque testimonijs,
et argumentis non conuincuntur, in meridiana luce pon-
te cecutiunt

§. 5°

Alijs argumentis ex sacris Scripturis petitis Christi diuinitas
probatur.

Quòd præterea Christi diuinitas tum ex nominibus et
attributis, tum ex operibus propriè Dei, quæ Christo in sa-
cris Literis tribuuntur: tum demum ex præcepto commu-

nique

nigue traditione

Primum & precipuum nomen, quo supremum Numen absolutè et simpliciter à mortalibus agnoscit et colitur, est, Deus. Hoc autem nomine Christus insignitus fuit cap. 9: Et uocabitur nomen eius Admirabilis, Deus Fortis &c. Et in Actis Apostolor. cap. 20. Attendite uobis, et uniuerso gregi, in quo uos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Et ad Romanos cap. 9. Qui est super omnia Deus benedictus in secula. Et Apocalyp. cap. 4. Dominus Deus omnipotens, qui est, et qui erat, et qui uenturus est. Et Joannis cap. 1. Et Deus erat Verbum. Et cap. 20. Dominus meus et Deus meus. Et Epist. 1. Joan. cap. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quia ille animam suam pro nobis posuit

Secundum nomen est Dominus, quo absolutè in sacris Scripturis dicitur de solo Deo: imò ubi Hebraicè est nomen ineffabile יהוה, quod de uero tantùm Deo dicitur: Interpretes Græci, Latini, et pleriique alij, fere semper uertunt, Dominus: Græcè ὁ κυριος: Syriacè ܡܪܝܐ: Arabicè الرب, quod ob eam causam, quia Hebræi non solùm recentiores, sed etiam antiquiores, ubi scriptum erat nomen יהוה, ob reuerentiam legebant אדני Dominus, non autem Deus: ut item legit Interpres Latinus Exod. cap. 6.: itaut pretiuy nomen Domini, quàm Dei, proprium supremi Numinis esse uideat. Christum autem hoc nomine uocari iam supra

uidimus. Et ita uocandum esse predixit Ieremias cap. 23: Et hoc est nomen eius quod uocabunt eum, Dominus iustitia nostra: ubi Hebraicè est יהוה. Quod si obijciant Masorethi locum hunc non esse ita uertum, cum ex Hebraico fonte fuidam uertendum esse putarint: Et hoc est nomen eius, quo uocabit eum Dominus, Iustitia nostra. Respondemus, sufficere pro nobis testimonio Septuaginta alterum: quibus addi potest illud Isaiæ cap. 9. Et uocabitur nomen eius, Admirabilis, Deus, Fortis. Hoc nomen Dei Hebraicè est אל, quod de uno tantum uerisque Deo dicitur.

Tertium nomen est Altissimus: Hebraicè עליון: Arabicè العلى: quo nomine Christus a Zacharia patre Ioannis Baptistæ appellatus fuit illo uersu Luce cap. 1. Tu Puer Propheta Altissimi uocaberis. Et cum S. Paulus in Epistola ad Philippenses cap. 2. dicat, nomen Christi esse super omne nomen: et ad Rom. cap. 9. Christum esse super omnia Deum benedictum: manifestè ostendit, Altissimi nomen illi inesse Deum.

Quartum nomen est Inuisibilis: non tantùm quia nemo potest Deum oculo corporeo uidere, quantumuis nullo est creatura, quæ etiam intellectuali oculo sine speciali ipsius auxilio et lumine possit cum dicè cognoscere. Christus autem dixit de seipso Matth. cap. 11. Nemo nouit filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit

nisi

nisi filius: ostendens & hoc, tam Latri quàm sibi nomen
Invisibile conuenire.

Quintum nomen est, Rex glorię, uel Dominus glorię. Hoc nomen Christo tribuit ad S. Paulo Epist. 1. ad Cryns. cap. 2. ubi scribit: Si enim cognouissent, nunquam Dominum glorię crucifixissent. Et in psalmo 23. dicit: Attollite portas Principes uestras & et introibit Rex glorię: quę uerba de Christo intelligę da esse, communi sensu fuit omnium Christianorum sensus. Neque solum ibi Christus Rex glorię, sed etiam Dominus fortis et potens, et Dominus uirtutum, qui tituli soli Deo tribuuntur, appellat.

Sextum nomen est, Rex Regum, et Dominus dominantium. Quod sicut S. Eulus Epist. 1. ad Timotheum cap. 6. Vni uero Deo competere affirmat: ito S. Joannes in Apocalypsi cap. 17. et 19. Christo eapresis uerbis tribuit, dicens: Agnus uincet illos, quoniam Rex regum est, et Dominus dominantium. Et: In femore scriptum habet: Rex regum, et Dominus dominantium

Septimum Dei nomen est, Sum, uel Ens, uel Qui est. Ita habetur Exodi cap. 3. Ego sum qui sum. et: Qui est misit me ad uos. Grecè dicitur ὁ ὤν, ὁ ἦν ὁ ἐρχ. Arabicè هو الكائن. In Euangelio Joannis cap. 8. dixit Christus Judęis: Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Et eâm ob rem

215

11/3

disent Iudæi: Iugum est. Ille ait: Principium, qui et loquor vobis: id est: ille qui loquitur cum vobis a principio: nimirum, Deus. Et paulo post: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Et in Apocalyps. si dicitur de eo: Qui est, et qui erat, et qui venturus est. Tribuunt etiam Deo non solùm a Mahumetanis, sed etiam a sacris Scripturis nomina, seu epitheta: Magnus, Pius, Verus, Solus. Et Ly ipsum Christum non raro insignitum. Epistola 2. ad Corinthios cap. 8. Nobis est Unus Dominus Jesus Christus. Epist. 1. Joan. cap. 5. Ut simus in Vero filio eius. Hic est Verus Deus. In Epist. Jude: Solum Dominatorem, et Dominum nostrum Jesum Christum negantes. In epist. ad Titum: Exspectantes beatam spem, et aduentum gloriæ magni Dei, et Saluatoris nostri Jesu Christi. Vniuntur enim sub eodem articulo in Origina- li Græco Magni Dei, et, Saluatoris nostri Jesu Christi: μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ. quemadmodum etiã in epistola Jude τὸν μόνον δεσπότην καὶ θεὸν τὸν κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστόν. Solum Deum, et Dominatorem Dominum nostrum Jesum Christum. Sic etiam ponitur Deus, quod nomen in vulgatis Latinis Desideratur. Porrò si Christus non esset Deus, nunquam Scriptus appellarent illum, Solum et Vnicum Dominum et Dominatorem omnium

Ex Attributis etiam propriis Dei probatur Christi Diuini-

tas

tas: inted illa

Primum est Eternitas: que Prov. 8. tribuitur Sapientie uerbis illis: Ab eterno ordinata sum, et ex antiquis. Que non possunt intelligi de sapientia creata, quia nihil creatum est ab eterno: neque de sapientia essentiali, que communis est omnibus personis diuinis: cum dicat se genitam, et egressam ex ore Altissimi, et loquatur tanquam persona distincta ab alia persona diuina. Ergo intelligenda sunt de filio Dei, qui est Sapientia genita a Deo. Eadem Micheę cap. 5. dicit de Christo. Et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Et Joannis cap. 1. In principio erat Verbum: ubi, dum ostenditur Verbum fuisse ante principium rerum omnium, cum dicitur, quod in principio iam erat. Et confirmatur ex sequentibus: Et Deus erat Verbum: et omnia per ipsum facta sunt: et mundus per ipsum factus est. Quod probatur illus fuisse ante mundum, et ante omnia creata, et per consequens ab eterno. Habemus alterum ex Ly testimonijs Christum non incepisse esse, eo ter solum tempore, quo de Virgine conceptus fuit, sed ante ipsam Mundi Constitutionem: ex quo necessario sequitur, Christum habere duplicem naturam: alteram quam habebat ante omnem Creaturam; et sic est diuina et eterna: alteram, quam accepit quando de Virgine conceptus fuit, et sic est temporalis et humana. Innuitur etiam Christi eternitas ex eodem loco S. Pauli ad Hebreos cap. 13. Jesus Christus heri, et

† secundo omnia sui constitutionem

hodie, ipse et in seculo. Tres enim status & seculi
significant & eternitatis: nempe eternitas a parte ante
& seculi: eternitas præsens sed hodie: et eternitas a parte
post, & in seculo

Est etiam proprium Dei Attributum Immensitas,
quæ Christo tribuitur a Dauid cap. 3: Magnus est
et non Sabens finem, excelsus et Immensus. Esse
autem sic sermonem de Christo, patet ex sequentibus uer-
bis: Post hæc in terris visus est, et cum hominibus con-
uersatus est; de quibus iam supra dictum est. Idem pro-
bant uerba illa Christi apud Joannem cap. 3. Nemo
ascendit in Cælum, nisi qui descendit de Cælo, filius ho-
minis qui est in Cælo: Græce ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. Illud Qui
in Cælo. Ex quo sabemus Christum quando hæc loquebatur,
simul fuisse in Cælo et in terra: in Cælo quidem ut Deum,
cuius proprium nomen est ὁ ὢν Ens, seu, Qui est: in terra
autem, ut Deum simul et hominem. Confirmatur idem ex
eo quod ipse dixit Matthæi cap. 18: Ubi fuerint duo uel
tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.
Non dixit, ibi ero, sed ibi sum, ad denotandam diuinitatis
suam: quod etiam ostendit cap. ult. cum dixit Apostolis:
Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consu-
mationem seculi. Hæc sanè conuenire non possunt nisi il-
li, qui ob immensitatem suam ubique existit

Hinc ergo inter præcipua Dei Attributa est Omnipoten-
tia; quæ in Apocalypsi cap. 1. Primo tribuitur, dicenti

Ego

De seipso. Ego sum Alpha et Omega dicit Dominus Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est, Omnipotens: quæ uerba dici de Christo, patet ex illis ibi cap. 22: Ecce uenio citò, et merces mea mecum est reddere unicuique iuxta opera sua. Ego sum Alpha et Omega, Primus et Nouissimus. Itaque dubium est ibi, quin qui venturus est, esse Christum

Denique tributum Christo scientia rerum omnium, quæ soli Deo conuenit. Epist. ad Colossenses cap. 2: In Christo sunt omnes thesauri Sapientiæ et scientiæ Dei. et Joan. cap. 2: Eo quod ipse nosset omnes: ipse enim sciebat quid esset in homine. Et cap. 16. Dixerunt Christo Discipuli: Nunc scimus, quia scis omnia. Et cap. 21. dixit ei Petrus: Domine tu omnia nosti: tu scis quia amo te.

Demum ex operibus propriis Dei, diuinitas Christi manifestè comprobatur.

Primò enim tributum illi Creatio, quæ soli Deo conuenit: ut Joannis cap. 1. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil. Creatio autem est productio rei ex nihilo. In Epist. ad Hebreos cap. 1. intelligit S. Paulus de Christo uerba illa psalmi ... Et tu in principio Domine terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cæli. De eodem intelligenda sunt uerba illa Proverb. cap. 8. Quando præparabat cælos aderam. Quando appendebat fundamenta terræ; cum eo cuncta componens. Joann. cap. 5. cum dixit Christus: Quæcunque Pater facit, hæc et filius similiter

216
216
12/9.

ted facit: extendit se universa simul cum Christo creatore. Conservatio etiam rerum creatarum est propria Dei: quæ tamen Christo quoque tribuitur a S. Paulo in Epist. ad Colos. cap. 1. Omnia in ipso constant. Et ad Hebræos cap. 1. Qui portat omnia verbo virtutis suæ.

Tertio proprium Dei est salvare. Quamobrem Isaiæ cap. 43. dicit idem Deus: Non est absque me Salvator. Et cap. 45. Et salvans non est preter me. Ergo ita proprium est Christi salvare, ut Jesus, id est Salvator, seu salvus fieret proprio nomine appellatus: dixerit que de eo Angelus: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

Quarto dicitis futurorum, et cognitio cordium, quæ duo in sacris Litteris propria Dei esse asserunt; Christo quoque tribui videmus. Primum constat ex Evangeliis, in quibus Christus multa eventura prædixit, non ex revelatione sibi ab alio facta, sicut prædicebant Prophetæ, sed ex propria scientia, cognovit, ut supra diximus, ipse noscet omnia, et in eo essent omnes thesauri Sapientiæ et Scientiæ Dei. Secundum etiam patet ex Scripturis, in quibus legitur ille cognovisse occulta hominum cogitationes: ut enim scribit S. Joannes cap. 2. Ipse sciebat quid esset in homine, quod ipse noscet omnes. Et Apocalyp. cap. 2. dixit Christus de se: Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans corda, et probans renes: quæ verba dicuntur de Deo psalmo 7. Scrutans corda et renes Deus

Si adhi potest operatio miraculorum, que propria
uirtute fiunt, tollitur est Dei. Sancti ueteres et Propheta
in uirtute tantum Dei miracula patrabant. Porro
Christum propria uirtute miracula fecisse, iam supra
ostendimus. Certum etiam est, Apostolos et alios Sanc-
tos Dei sepe operatos esse miracula in nomine, et uir-
tute Christi, ut patet ex Actis Apostolorum cap.
3, ubi Petrus claudum sanauit illis uerbis: In nomine
Jesu Christi Nazareni surge et ambula. Et Christus
apud Marci cap. ult. predixit de suis fidelibus: In
nomine meo demonia ejicient.

Nec minorem uim habet ad probandam Christi diui-
nitatem, cultus proprius Dei, quo Apostoli, ceteique fi-
deles illum uenerabantur, adorantes eum, et uocantes Do-
minum, sepe seruos et ministros eius appel-
lantes, ut uidere est in Epistolis S. Pauli, et aliorum Apostolorum.

Maximum uero diuinitati Christi testimonium
censeri debet perpetua Christianorum traditio, communisque
totius Mundi sensus et consensus. Semper enim Christia-
ni ~~Latini enim~~ dicunt, Christum esse Deum uerum,
uerumque Dei filium. Illi uero qui aliter sentirent, tan-
quam impij et Hereticj damnati sunt. Neque de hoc
possunt Mahumetani dubitare, cum Alcoranus ipse
passim asserat, Christianos credere, et predicare Chri-
stum Deum, et filium Dei uerum et naturalem.
Neque loquitur de aliqua Christianorum secta, sed de

uniuerso genere Christianorum. Et confirmat Socides ea fide communi, quam sedrè Christiani omnes Latini, Greci, Armeni, Arabes, Chaldei, Aethyopes, et cuius cunque secte sint et nationis, etiam Heretici et Schismatici profitentur. Omnes enim, ut Amedeus etiam fatetur Si quos Atheos, qui Christianorum tantum nomen habent, excipias Christum esse Dei filium, ueumque Deum credunt et fatentur. Quin etiam si interrogentur alie nationes et secte, Iudei, Mahumetani, Gentiles; omnes uno ore, Christianos Christum ut Deum ueum colere testabuntur. Quod autem aliquod tempus fuerit, in quo ijdem Christiani religionem suam (ut Mosemi dicebant) mutauerint: et cum Christum ut hominem tantum habuerint, eqpeint ita uniuersaliter illum ut Deum adorare, impossibile prorsus est, cum nullum possit huius mutationis tempus assignari: et non solum perpetua traditio, sed etiam generalia et particularia Concilia Christianorum ab ipso religionis exordio ad hec usque tempora, et Scriptores omnes omnium Nationum manifestè refulgent. imò oppositum euenisse reperimus: nimirum, cum primò omnes Christi diuinitatem fatentur; temporis progressu nonnullos ut Arium, Ebionem, Cerinthum, Mahumetum, et alios, illam, ceteris semper contradicentibus, negauisse. Quamuis autem Arius, qui primus hanc Sectam inuenit, uel dilatauit, Christum, uel Verbum, equalem esse Patri, et Deum

et Deum uerum: negauerit non tamen senuit cum Mahumeto et
Paulicianis alijs, Christum fuisse purum hominem, et
tunc esse incepisse, quando e Virgine Maria conceptus
est, sed credidit antequam conciperetur fuisse Verbum
Dei, et filium Dei, non tamen Deum, neque Deo aqua-
lem, uel ex Deo genitum, sed factum a Deo ante om-
nem creaturam: itaque Arriani ipsi aliquo ex parte
Mahumeti errori recedebant, illumque damnabant,
et pauciſsimi fuere inter Christianos, qui Christum
antequam de Virgine conciperetur, non extitisse ~~negarunt~~ uel aliquo esse in cœlo apud Deum habuisse non ha-
buisse auderent affirmare.

Habemus etiam testimonia Scriptorum ueterum Ethni-
corum, ut Taciti, Suetonij, Plinij et aliorum, qui primis Chri-
stianæ religionis seculis scripserunt. Hi omnes tantum
Christum ut uerum Deum a Christianis creditum cultumque
fuisse, et propter sanctam fidem eosdem supplicijs et nec
fuisse multatos

§ 6

Iudæorum ueterum testimonijs probatur Christi Diuinitas

Post uerum Moysis, et Prophetarum Textum, nihil
apud Hebræos maiorem habet authoritatem, quàm Tar-
gum, seu Chaldaica Interpretatio: post eam uerò liber Psal-
morum primum locum obtinet, cuius doctrinam reijcere magna
apud eos impietas censebatur. Horum liborum testimonijs

Messiæ seu Christi diuinitas euidentissimè comprobatur

Quimò enim uerbà illa Isaiæ cap. 28. In die illa erit Dominus exercituum in diadema gaudij, et in uestum ornatus residuo populi sui. Jonatan filius Uziæ sic transtulit Chaldaicè: In die illa erit Messiæ Domini exercituum in diadema gaudij, et in uestum exultationis residuo populi sui. Vides pro eodem sumi in Hebræo, Dominum Exercituum, et Messiam Domini exercituum.

2. In Hebræo Psalmum 30 uersic. 10. Quoniam apud te est fons uitæ, et in lumine tuo uidebimus lumen: dixit Rab. Jobanan: Ecce Patriarchæ nostri subiugationibus, et redemptionibus (quia scilicet Israelitæ sæpe subiugati sunt a uariis gentibus, et sæpè redempti a uariis ducibus): non quærimus ultrà, ut illucescat nobis cibus et sanguis, sed Deus ipse; sicut scriptum est psal. 118. Dominus Deus, et illuxit nobis. Et dicitur Isaiæ cap. 45. Israel saluatus erit in Domino, uel sed Dominum, salutione æterna. Et confirmat Expositio huius Rabini ex eo quod dixit Rab. Abba in Bereschit Rabbà sup illud Genes. cap. 1. In principio creauit Deus cælum et terram: nimirum: Hoc est quod scriptum est Danielis cap. 2. Et lumen cum eo est: hoc est lumen Regis Messiæ. Et sic etiam dicitur psal. 36. uersic. 10: Quia tecum est fons uitæ, et in lumine tuo uidebimus lumen. Datet sic manifestè Messiam

prima

Isaiæ

7

2187

sup-

predicari ut Deum, cum ab eo uenturo sit salus eterna Israeli, que tamen a Deo uentura esse assumatur: quemadmodum dixit Dd Amri in Midras Psalm introducens Deum ita loquentem cum Judeis: In futuro ego saluabo uos in substantia mea, sicut dictum est Isaie 45: Israel saluatus est in Domino salutione eterna. Confirmatur preterea auctoritate Isaie cap. 62. ubi ait: Dicite filie Sion: ecce Salutor tuus uenit. Alis enim Messias predicatur Salutor: ut autem diximus, Salutoris nomen est proprium Dei

3° In Midras Scir Hascirim, sup ea uerba cap. 1. Exultabimus et letabimur in te. Aqiba exposuit id quod scriptum est psal. 118. Hic est dies, quem fecit Dominus, exultemus, et letemur in eo. Dixit Dd. Abin. Nesciebant in quo esset letandum, utrum in eo, an in Domino: donec uenit Salomon, et dixit: Exultabimus et letabimur in te. In te, in Deo: et in te, in salute tua. Simile autem est hoc Matrone cuidam, cuius Rex maritus eius erat, et filij, et genere eius ad Ciuitatem maritimam. Veneunt et dixerunt ei: Veneunt filij tui. Respondit: Quid ad me? letentur nurus mee. Rursum dixerunt ei: Veneunt generi tui. Respondit: Quid ad me? letentur filie mee. Tandem uero dixerunt ei: Venit Rex maritus tuus; ait: Ecce hec est mihi perfecta et sufficiens letitia. Sic futurum fuit, ut uenirent Prophete, et dicerent ad Jerusalem: Filij tui de longe uenient: Isaie cap. 60. Et iterum dixit eis

Quid adme. Exultent filiæ Iudæ: psalm. 96. Et filiæ eius
exultent. Isaiæ 60. Dixit ei: Quid ad me?
Iterum mons Sion psalm. 48. Cum uero dixerunt: Ecce Rex
tuus uenit iustus, et saluatus. Zachar. cap. 9. Et scripsit
Fuit Zachar. 2. Canta, et lætare filia Sion, quia ecce ego
ueniens habitabo in medio tui, ait Dominus: Et confugient
gentes multæ ad Dominum in die illo: et erunt mihi
in populum, et habitabo in medio tui: et scies quia Do-
minus exercituum misit me ad te: in illa sorte dixit Je-
rusalem: Gaudens gaudebo in Domino, et exultabo in Deo
meo. Isaiæ cap. 60. Et hoc est exultabimus et lætabimur
in te. Hucusque Glossa R. Abdiæ. Glossa autem
R. Salomonis sup. illud Zachariæ cap. 9. Ecce Rex tu-
us uenit tibi: Sic habet: Non potest hoc exponi nisi de
Lege Messiæ: dictum est enim sic: Et dominatio
eius de mari ad mare. Et non inuenimus Israeli-
tam dominatorem in domo secunda. Ex dictis Eorum
Doctorum. simul collatis, manifestè apparet etiam a sa-
pientibus Hebreis ex Maiorum doctrina, Messiam la-
bere et prædicari ut Deum. Cum enim R. Abrin dicat,
Regem illum, quem expectabat Synagoga, esse Deum
Dominum exercituum; et ad hoc probandum afferat lo-
cum Zachariæ cap. 2., ubi sine dubio loquitur de Deo
uero: et locum eiusdem cap. 9. Qui ut optimè probat
R. Salomon, non potest intelligi, nisi de Messia: ma-
nifestè sequitur Messiam esse Deum Dominum Exer-
cituum

uerum

In Midras Tehillim sup psalmum 21. ubi scriptum est: Domine in uirtute tua letabitur Rex. Dixit R. Samuel, in nomine R. Aibu. Ipse Deus Sanctus, benedictus, tribuit Messie de gloria, uel honore suprema: et hoc est: Domine in uirtute tua letabitur Rex. Dixit R. Nachaman: Quis est iste Rex gloriæ? Dominus uirtutum ipse est Rex gloriæ. Et dixerunt Magistri nostri: Rex candidi et sanguinei nullus induitur corona ipsius: Deus uero Sanctus donabit eam Regi Messiæ. Rex candidi et sanguinei, nullus induitur purpura eius. Et quæ est purpura Dei? Confessio, authoritas, reuerentia, laus, et decor. Et de Rege Messia scriptum: Magna est gloria eius in salutatione tua: reuerentiam et decorem pones, uel regna by sup eum. Rex candidi et sanguinei, nullus de stirpe eius uocatur (quod Augustinus: et Deus uocabit Messiam Regem nomine suo. Et quod est nomen eius? Jehoua est nomen eius. Et de Rege Messia scriptum est Jeremiæ cap. 23. Et hoc est nomen eius, quo uocabunt eum: Jehoua iustitia nostra. Confirmatur hoc idem ex eo quod scriptus est in Seder Rabbathi cap. 1. uers. 6. Quod est nomen Regis Messiæ? R. Akiba dixit: Jehoua est nomen eius, sicut dictum est Jeremiæ 23. Et hoc est nomen eius, quo uocabunt eum, Jehoua iustitia nostra.

Si ergo Messias habebit coronam Dei, et purpuram eius,

idest gloriam, auctoritatem, reuerentiam, confessionem, decorem, et cetera quæ sunt propria Dei, et uocabitur nomine proprio unius Dei, nempe Iehouà; et Dominus exercituum; quomodo negari potest illum esse Deum? Frustum ergò est id quod respondet R. Hasman, etiam Moysen et Israelitas: imò iuxta R. Ioseph, etiam Jerusalem, et altare Moysis, et Gedeonis, et montem Moria, Deos in Scripturis appellari: nam neque Moyses, neque Israelitæ appellati sunt nomine proprio Dei Iehouæ: Ad Elohim, quod nomen Principibus et Iudicibus non raro tribuitur. Jerusalem uero, et hic illa altaria, et mons Moria uocata sunt nomine Iehoua in obliquo tantum, uelut si quis uocaret Templum aliquod, uel inscriberet

218 | 2 | 17 | 1

super ualuas eius: Deus est in loco isto. Porrò qui est adeo hebes, ut non intelligat, Moysi, et Israelitis, et multo minus Urbi, altari, et monti non posse conuenire diuinitatem, neque aliquid horum quæ supra Messiæ assignauimus Doctoribus Iudæis tribui audemus.

R. Abraham Aben-Ezra, uerba psalmi 45. Sedes tua Deus in seculi seculi &c. uult intelligenda esse de Messia, ita scribens: Porrò qui dicit uerba illa: Sedes tua o Deus in seculum seculi, respondeo esse ad Deum: attendat quod sequens uersus sic denegat, quia ait: Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem propterea unxit te Deus Deus tuus. Sentit sic Doctor noster celeberrimus, Messiam esse Deum, cuius sedes manet in seculum seculi

Legitur in libro Sanedrin in distinctione quæ

incipit

incipit: Et ad Dnm Mammotl: unum de filijs B. Chi-
rō, coarctum a uino largius usitato, reuelasse arcanum si-
bi secretum a patre suo, ac dixisse: Non ueniet filius
David (i. Messias) donec deficiant duę domus Patrum
de Israel: sicut dictum est Isaię 8. Et erit in sanctifica-
tionem, et ad lapidem offensionis et ad petram scandali duą-
bus domibus Israel. Cum autem hęc traditio Talmudica
uelit uerba Isaię prędicta intelligenda esse de Messia,
patet Isaiam loqui de Deo uero, ex uerbis precedentibus:
Dominum exercituum ipsum sanctificate.

Item illa Zachariæ cap. 12. Et respicient ad me,
quem transfixerunt: in Masorethi habetur, distinctę
incipit: Hasalim Charisia, exponuntur de Messia,
et tamen ibi ille qui ea profert, uocatur in principio illi-
us capitis: Dominus extendens cęlum, et fundans ter-
ram, et fingens spiritum hominis in eo. Nihil ne-
fert quod nonnulli ex Rabbinis, uelint hęc intelligenda
esse de Messia filio Josephi: nam præterquam quod
Messias filius Josephi est figmentum Rabbinicum:
in Bereschit Rabba eadem uerba tribuunt Messiæ
filio Dauid, et de eodem a sapientioribus exponuntur.
Alia sapientum Iudęorum testimonia de Christi diuinitate omitto.
Vno tantum argumento, ciuo ex eorundem doctrina de-
sumptum, nemo sibi me tractat Illustrissimus et Reuren-
dissimus D. Joseph Cienfuegos Romanus Episcopus
Marsicensis, Hebraicę linguę omnium qui nostri sęcu-

tiſsimus, in tractatu de Incarnatione diuini Verbi, diuinissimis Scriptorum doctrinis ad eorundem argumentorum oppositionibus euidenter defensa. Probat in hoc breui quidem, sed eruditissimo opusculo de Talmudicis doctrinis, nō repugnare, Deum naturam humanam assumpsisse, et in unico suppositō diuino, duas simul naturas unitas fuisse: itaut idem Christus Deus simul sit et homo. Quid ueteres Hebræi docent, et ut rem diuinitus reuelatam firmissimè credunt, Deum ab initio decem Intelligentias produxisse, quas ipsi uocant Sephirot, seu Sephiras: quibus ita Deus unitus et coniunctus fuit, ut ex Deo et Sephiris constituatur totum unum, sicut ex corpore et anima unus homo; ex trunco et ramis una arbor: ex pruna et flamma unus ignis: et quidquid dicitur de Deo, dicatur de Sephiris: et è conuerso quid quid de Sephiris dicitur, de Deo enuncietur: ita tamen, ut omnia, quæ inuoluunt imperfectionem, cadant supra naturam Sephirarum; quæ uerò dicunt tantum perfectionem, supra naturam diuinam. Hanc autem unionem Dei cum Sephiris, aiunt esse omnium unionum perfectissimam. Deo autem uolunt Deum ita cum Sephiris coniunctum fuisse, ut ijs tanquam instrumentis uti posset ad creationem, conseruationem et gubernationem rerum. Cum enim uideatur ad hoc requiri mutatio in operante; Deus uerò sit immutabilis: oportuit, ut ita ipse influeret in hæc omnia, ut omnis mutatio et imperfectio caderet supra naturam Sephirarum. Sicuti planè

cadit

radij soles emanent & plura uitrea diuersorum colorum,
exeunt radij inter se, sed totu uarietu tenet se ex parte
uitreorum, cum sol eodem modo omnes radios producat. Eo
modo saluantur multa, que in Scripturis dicuntur de Deo,
que nullo modo illi conueniunt, ut dolere, irasci, penitere,
laborare, affligi, et alia huiusmodi, que cum de Deo dicun-
tur, semp cadunt supra naturam sapientium, & quas Deus
operatur. Imò mordicus tenent Iudei, Deum Scripturis unitos,
et uelutu in illis inclusum, morari cum ipsis in captiui-
tate, et cum ipsis pati, et affligi: et asserunt testimo-
nia Scripturarum, quibus de ipso [prima facie,] non dicuntur ui-
dentur indicari.

Hac Iudeorum ueterum doctrina (de cuius ueri-
te modo neque disputo, neque curo: nam ad hominem
tantum argumentor): cogunt Mahumetani, nedum Iudei
ipsi, credere mysterium Incarnationis Verbi, seu Diui-
nitatis Christi non esse impossibile.

Huc accedit (quod apud me ualidissimum est
argumentum) sepe Deum in sacris Scripturis ut ho-
minem nobis (repræsentari, et ea que sunt propria ho-
minis, exercere, que tamen nullo ratione Deo ut Deo
possunt conuenire, ut iam dictum est. Ergo sepe
tribuitur Deo in sacris Literis corpus humanum: Dicit
enim habere manus, pedes, oculos, aures, caput, cor:
stare, sedere, ambulare: et ita sub humani corporis
specie uisus et descriptus fuit a Prophetis. Hec om-

nia evidentissimè probant, nullum esse absurdum, imo valde probabile; Deum sumasse naturam humanam, & illam tanquam instrumentum, id quod hominis proprium est, exercuisse. Si enim unitus cum Septuaginta, iuxta Rabbinorum commentum, et spectabilem se exhibens sub corpore aëreo, qualem se Isaias exhibuisse Rabbinus in scripturis, non designat. ut sibi tribuat ea, quæ Deo minimè conueniunt, et hominis propria sunt; quæ implicantia est, quod hoc iuxta faciat hypostaticè unitus vero corpori humano. Præsertim cum tam immutabiliter haereret Deus sub corpore aëreo, cui accidentaliter unitus, quàm sub corpore humano cui hypostaticè coniunctus est?

§7.

Mahumetanorum quoque testimonio Christi Divinitas comprobatur.

Certum est, Mahumetanos universaliter Christi Divinitatem negare. Ex Alcorano tamen superius ostendimus illam vel Mahumeto invito demonstrari, dum in eo Christus Spiritus Dei, Deique Verbum appellatur. Sed neiam dicta repetam, hic solum addo, Haidtenses, et Hademienses, quorum alteri Abnedum filium Haidti, alteri Padelum filium Hademi, celebrimos inter Mahometistas, et discipulos Mahumi, sectabantur, Christo Divinitatem constanter asseruisse, affirmantes præterea illum in die Judicij creaturas omnes esse iudicaturum

tuum. Ita refert Ismael Ebn-Aly in cap. de Sectis Mosle-
morum Sic uerbis: الحايطية والحدمية هم اصحاب احمد بن حايط واصحاب
الفضل ابن الحدمي كانا من اصحاب النظام وطالعا كتب الفلاسفة وخلطوا
كلامهم بكلامهم ولهم ثلاث بدع الاولى اثبات حكم من احكام الالهية
في المسيح وقالوا ان المسيح يحاسب الخلق في الاخرة:

Harienses, et Hademienses fuerunt Sectatores Ahmedi filij Hairi, et Hadeli filij Hademi, qui fuerunt Sectatores Nadhami; et sequuntur sibros Philosophorum, et commiscuerunt sermones eorum cum sermonibus suis: et sabuerunt tres nouas opiniones, quarum prima fuit, stabilire sententiam de Christi Diuinitate, quem dixerunt futurum esse Iudicem creaturarum in futura seculi resurrectione. Idem confirmat Seidser Sectarius relatus a Gregorio Abul-Pharajo in sua Historia, cui titulus est لمع من اخبار العرب: sic uerbis:
ومن المعتزلة احمد بن حايط زعم ان المسيح تدرع بالجسد الجسماني وهو
الكلمة القديمة المتجسدة كما يقولون النصارى.

Et ex Mostazelitis fuit Ahmedus filius Hairi, qui asseruit Christum induisse corpus humanum, et illum esse Verbum Dei incarnatum, sicut dicunt Christiani. Sed addebat cum suis asseclis satis absurde, quemadmodum scribunt Almanakepsus, et Ebnol-Casarius للعالم الاهان
قديم هو الله تعالى ومحدث هو المسيح او للخلق خالقان احدهما قديم
وهو الباري تعالى والثاني محدث وهو المسيح:

Et duos deos; Aeternum, qui est Altissimus Deus: et Recentem, qui est Christus. Seu: Creatus habent duos Creatores: alter est aeternus; et est Creator Altissimus:

abeo recens, et sic est Christus. Neque uero magnum aut
mirum est, si Muslemi concedant Christo diuinitatem,
qui eam aliis quoque attribuant. Illum idem Ismael loco cita-
to, loquens de Baianensibus sectatoribus Baiani filij
Simeonis, ita scribit: البيانية اصحاب بيان ابن سمعان النهدي
قالوا بانتقال الامامة من بني هاشم اليه وهو من الغلاة القايلين بالالهية
لعلي بن ابي طالب كانه يقول حل في علي جزء من الالهية واتحد بجسده
فيه لانه كان يعلم الغيب وبه كان يحارب الكفار وله النصر والظفر وبه قلع
باب خيبر ثم ادعى بيان المذكور انه قد انتقل اليه الجزء الالهي بنوع من
التناسخ وكذلك استحق ان يكون اماما وذلك الجزء هو الذي استحق به
ادم سجود الملايكة: *Baianenses a sede Baiani filij Si-*
meonis Nahadienses tenuerunt sententiam de translatio-
ne Pontificatus a filijs Hasemi ad se. Et sunt
ex excedentibus, qui adstruunt diuinitatem filij filij
Abutalebi, quippe qui dixerit: Cecidit in filij eius
Diuinitatis, et unita est in eo cum corpore eius, quia
sciebat res arcanas: et ipse eam oppugnans infideles,
uincebat eos, et triumphator redibat, et eam cuncti
fere Arcis Coaiben. Et idem Baianus iactabat
partem illam diuinitatis translatam fuisse ad se per
modum tranmigrationis animarum in corpora: et ita
se commenisse Pontificatum: et eandem auriculam
Adamum meruisse ut ab Angelis adoraretur. Hanc
sententiam de diuinitate filij tenuerunt Golienses,
ideo Excedentes, de quibus hec scribit Idem Ismael:
qui satis tantum scientiæ circa sic dictas appropriand:

Golate

† ipse

Solate, seu Golienses (id est Exclusi) sunt illi qui modum
excesserunt in uenerationē suorum Pontificum, itaut at-
tribuerint illis Diuinitatem, et exemerint eos a numero
creaturarum; nunc similem facientes creaturam Deo nunc
Deum creatum. Inter Sos sunt Sabaiate a sede Fodal-
lah filij Salę, qui dixit ꝯ Aly: انت انت: Tu, Tu: idest
tu es Deus: et secuti sunt eum plurimi, qui tenebant
sententiam Transmigrationis particulę Diuinitatis in
Pontifices successores Aly. Et ex Sis sunt Alabanite
a sede Alabę filij Dhuai Asadiensis, uel, ut alij Sabent,
Dusiensis, qui prefectus fuit Propheta Mahumeto et
uocabat eum Deum: et existimabat illum esse, qui mi-
serat Mahumetum, ut uocaret homines ad sequendum il-
lum: sed Mahumetum obtrusisse se ipsum pro Aly.
Et uocatus fuit hic secta Dhamienorum, inter quos qui-
dam tribuebant tam Mahumeto, quam Aly Diuinitatem,
in quo tamen concedebant primas partes Mahumeto: et
Si uocati sunt Miniensis: inter quos quidam dixerunt,
fabulam fabulatum fuisse, dum annunciauit lega-
tionem Mahumeto, nam missus fuerat ut annunciaret
eam Aly: sed erauit etiam in Aly, quia Mahumetus
et Aly erant inter se magis similes, quam sit cornus
cornu: quamobrem Si uocati sunt Gorabite (i. Cornuti).
Et ex Sis quidam attribuebant Diuinitatem quinque
personis gloriosis: nempe Mahumeto, Aly, Fatemę &
Hasano, et Hoseino: et adorabant omnes hos quinque

220
4/5

= ese semunam. Age omnia sepes Ismael pregiceus lo-
quens de suis Mosemis. Quamobrem immerito Mose-
mi ipsi Christianis succensent, quia dicant Christus
Sabeis Divinitatem, et eyse Deum simul esse et Dominem,
cum sapientiores ipsorum tot Deos confingat.
Quod si respondeant, sic tanquam falso ab ipsis
ejici: pero utrum sic sint contra radicem, an contra ramos?
si contra radicem: ergo falsum est quod supra Ahmedus
filius Abdallahi iactabat, in Mahumetano religione
non esse dissensiones que tangerent radicem. Si vero con-
tra ramos; ergo licitum est unicuique eo credere, et
profiteri, quemadmodum Ahmedus ipse asserebat
Verberi etiam potest Christi divinitas contra Mahume-
tanos argumento ad hominem ~~adjungit~~ desumpto ex quedam
illorum fabula, quam tamen ipsi ut historiam verissimam
credunt. Refert eam Ahmedus filius Abdel. Halimi su-
pra allegatus in sua Apologia pag. mihi 333. his verbis.

الشيخ

ورُوى عنبس ابو نعيم وابو الشيخ وغيرهما عن ابن عباس ان الله ارسل
الى نبيه ص ملكًا من الملايكة معه جبرايل فقال الملك ان الله خيّره ان يكون
عبدًا نبيًّا وبين ان يكون ملكًا نبيًّا: قال: فالتفت رسول الله ص الى جبرايل
كالمستشير فاشار جبرايل بيده ان يواضع فقال رسول الله ص لا بل اكون
عبدًا نبيًّا: رواه البشاري والبخاري في تاريخه:

Refert etiam Abu-Naim, et Abdul-Sacid, et alij ex auctoritate Ebn-Abbas, Deum misisse ad Eros Setam suum Mahumetum quem-dam ex Angelis unà cum Gabriele. Dixitque Angelus: Deus dat illi (nempe Mahumeto) optionem, ut eligat

uter

utrum uelit esse homo prophetæ, an Angelus prophetæ.
Conuersus tunc est Mahumetus ad Gabrielem, tanquam
consilium circa hoc petiturus. Et innuit ei Gabriel manu
sua, ut se assimilaret. Respondit itaque Ma-
humetus: Neguaquam: sed eo homo propheta. Refert
hoc Albacianus et Albadanus in suo Chronico. Cui-
us hic a doctoribus Moslemis, qua ratione poterat
Mahumetus Angelus fieri? An ita, ut nihil remaneret
Mahumeti, prorsusque destrueretur: An uero ita, ut ali-
quid de eo superesset? Si primum: nimis stultus fuis-
set Mahumetus, eligendo destructionem sui ipsius. Quid
enim prosuisset illi esse Angelum, si nihil de hac re
erat sciturus aut sensurus. Si enim Deus medestru-
at, nihil mea refert sive pro me creet Angelum, sive
asinum. Si uero remanebat Mahumetus; quæro
qua ratione fieri poterat, ut etiam Angelus esset, et
cognosceret se esse simul Mahumetum et Angelum?
Cùm non alio modo, nisi ut uel Mahumetus assumeret
ad suum suppositum naturam Angeli: uel contrà, An-
gelus assumeret ad suum suppositum naturam Mahume-
ti: ita ut in uno supposito duæ simul naturæ, hu-
mana et diuina hypostaticè unitæ reperirentur. Aliqui
inintelligibile prorsus est quomodo posset Mahumetus An-
gelus fieri. Hoc igitur est quod nectunt et docent Chri-
stiani, dum dicunt Deum factum esse hominem, uel
Christum esse simul Deum, et hominem.

Propter has ratione, ut puto, plures Mahumetani
non solum ex uerecibus, sed etiam ex recentioribus, et qui-
dem nobilioribus et sapientioribus, Christi diuinitatem
constanter adstruunt, ut optimè norunt illi, qui inter
eos uersati sunt; ex quibus Autor alias laudatus,
Historiæ Status Imperij Otthomannici lib. 2.
cap. 12. hæc habet: Paucis ab hinc annis noua opinio
introducta est, quam sequuntur, et cui præcipuè adhæ-
rent modestiores, et temperatiores Legalis Curiæ, et
unde communis est Constantinopoli. Qui eam pro-
fitentur, Cafe Spmefacli, Iouis scilicet Messiæ discipuli
appellantur. Hi constanter propugnant, Jesum Chri-
stum esse Deum, uerumque Mundi Redemptorem.
Iuuenes, qui liberalium studiorum causa in Legia de-
tinentur, huic opinioni modicum indulgent, sed præcipuè
honestiores, ac ciuiliores; et quos natura melioribus do-
tibus ornauit: adeout, cum laudare aliquem inter se uo-
lunt, qui huiusmodi qualitatibus uniuersis ornatus sit,
unico uerbo omnia complectentes, Cafe Spmefacliem illu
appellent: quæ dictio tantum ualet, quantum si dicerent
ei: Tu es uir honestus, ac generosus, liberalis, atque ingenuus,
qualis esse debet, qui profitetur se cognoscere ac sequi ueum
Messiam. Constantinopoli ingens est huiusce modi hominum
numerus, inter quos quidam hanc sententiam tam constan-
ter retinuere, ut mortem pro ea libenter sustinuerint.
Neque id prohibet, quin omnes illi, qui Cydarii alias uocan-

tur

tur, eandem sententiam occultè fotinenant. Hactenus Au-
thor testis oculatus. His pro Christi Diuinitate, quam Al-
coranus precipuè oppugnat, prolixius pertractatis, pergo
iam ad cetigua, quæ in Sac Suna continentur.

+ quæ in Prooemi §. 3. à cap. 11. etiam fusius uidere possunt

Textus Alcorani

21. Et dicunt Iudæi et Christiani: Nos sumus filij Dei, et dilecti eius. Responde illis: Quare ergo punit nos propter peccata uestra? Quin potius nos estis homines ex ijs quos creauit: Ignoscit cui uult, et punit quem uult: et Dei est regnum Cælorum et terræ, et eorum quæ sunt inter hæc duo: et ad eum erit reditus in die Iudicij

22. O Scripturales, iam uenit ad nos Legatus noster [Mahumetus] declarans uobis sanctiones deligionis in cessatione Legatorum, ne dicere tis: Non uenit ad nos ullus annunciator, neque comminator

23. Et iam uenit ad nos annunciator, et comminator: et Deus est ad omnem rem potens.

24. Et memento cum dixit Moyses populo suo: O populo meus mementote beneficentiæ Dei erga nos, cum posuit inter uos Prophetas, et constituit uos Reges, et dedit uobis id quod non dedit ulli ex Mundis

25. O populo meus, ingredimini terram sanctificatam, quam præscripsit Deus uobis: et ne regredimini retrò uestra, ne reuertamini perditi

a. insidiamini

26. Responderunt: O Moyses, certè in ea sunt ho-

mines gigantes.

27. Et nos sanè nullo modo ingrediemur eam, donec illi
exeant ab eo. Quod si egrediantur ab eo, nos utiquè ingre-
diemur

28. Dixerunt duo viri ex ijs qui timebant Deum, super
quos gratiosus fuerat Deus: Ingredimini ad eos, et por-
tam Urbis: eumque ingressi fueritis & eam, celeriùs eos vin-
cetis.

29. Et in Deo confidite, si estis fideles.

30. Responderunt: O Moyses, nos utiquè nullo modo
ingrediemur eam unquam, quandiù permanserint illi
in ea. Vade ergo tu, et Dominus tuus, et pugnate:
nos utiquè hic residebimus

31. Dixit Moyses: Domine mi, utiquè ego non possideo
nisi meipsum, et fratrem meum: † Quid ergo inter nos, et
inter homines prævaricatores

† [i. non possum imperare nisi mihi ipsi et fratri meo]

32. Respondit illi Deus: Ecce hæc [idest terra] in-
terdicta erit illis quadraginta annos, ne ingredi possint
in eam: errabunt vagantes in terra: ne ego tua ange-
ris propter homines prævaricatores

33. Et recita illi, o Madumere, historiam duorum filio-
rum Adam cum utilitate: † cum offerrent oblationem, et ac-
ceptata fuisset ab uno eorum, et non acceptata fuisset ab
altero, dixit illi: Certè ego occidam te. Respondit ille:
Eo quòd acceptat Deus oblationes a piis.

† 34. Sane si extenderis in me manum tuam, ut occi-
das

me; non ego extendam manum meam in te, ut occidam
te: ego enim timeo Deum Dominum a seculorum a Mundi?
35 Quidem uolo, ut cedas cum iniquitate mea, et
iniquitate tua, occidendo me, et sic ei b fabricatoribus b socijs
mea: nam hec est remuneratio iniquorum
36. Protelauit illi animus suus eidem fratri sui, oc-
cidit que eum: quamobrem factus est ex uentis
37. Misitque Deus coruum, qui scalpebat unguibus
terram, ut ostenderet illi, quomodo absconderet ignominiam
fratris sui. Dixit: Uae mihi! an impotens sum
ad hoc ut cim sicut hic coruus, ut cooperiam ignominia
fratris mei. Itaque factus est in penitentibus
38. Propter hoc precepimus filijs Israel, quod, qui
occiderit animam unam, absque anima alia [id est ho-
minem unum tantum], aut absque corruptione terre la-
trocinia: et ceu occidendo in eo] erit, ac si occidisset ho-
mines uniuersos. Qui autem uiuificauerit eam, abstinens
ab eius occisione, erit ac si uiuificasset homines uniuer-
sos. Et iam quidem uenerunt ad eos [i. Israelitas] lega-
ti nostri cum demonstrationibus miraculorum: tum ta-
men multi ex illis post hoc fuerunt in terra cete exorbi-
tantes
39. Porro retributio eorum qui pugnant contra Deum,
et Legatum eius, et studiose curant in terra corrup-
tionem, erit ut occidantur, aut crucifigantur, aut ab-
scindantur manus eorum et pedes eorum ex opposito

a Mundi?

† [1. sepelivit cadaver eius]

aut expellantur ~~eterm~~ e terra. Hoc sit illis ultimum
Dium in hoc mundo: et ipsis in futuro secundo erit sup-
plicium magnum

40. Sed qui respuerint antequam prevaleatis contra
eos: scitote quod Deus erit illis indulgens, misericors

41. O qui credideunt, timete Deum, et satagite
ad eum appropinquare, et decertare pro via eius, ut
vos felices fitis.

42. Porrò qui infideles fuerint, etiamsi ipsis
sit quod est in terra totum, et similes illi cum eo [i.
tantundem], ut redimerent se cum eo a pena diei
resurrectionis, non susciperetur ab eis: et ipsis erit pe-
na dissuadens

43. Desiderabunt egredi ab igne, sed non egredientur ab eo,
et ipsis erit pena stabilis

44. Et fur autor, et furatrix, abscindite manus utrius-
in retributionem ob id quod peregerunt: supplicium
exemplare a Deo: et Deus est prepotens, Sapiens

45. Sed qui resipuerit post iniquitatem suam, et
correxerit se: utique Deus conuertetur ad eum: quip-
pe Deus est indultor, misericors

46. An non nosti quòd Dei est regnum Celorum et terre?
Punit quem vult, et parcit cui vult: et Deus est omne
rem potens

47. O Legate, non consistent te qui ceteris sternant
in infidelitate, ex ijs qui dicunt: Credidimus: sed dicunt

Hoc

Loc tantùm oribus suis: nec tamen credibile creditorum
corda eorum: et ecce ipsi qui sunt Judei, auditores mendacij,
auditores etiam tui, proprie homines alios [nempe Ju-
deos];

48. Qui nondum venerunt ad te: dimouent sermonem
[i. verba Lentatenchi] de post loca sua: dicunt: si
allatum fuerit nobis hoc [i. si Mahumetus pecitaue-
rit nobis hoc comodo quod nos corruptimus]; suscipite
illud: si autem non fuerit allatum a hoc nobis cave-
te illud. Et cuius voluerit Deus seductionem, non obti-
nebis ei a Deo quidquam, ut non seducatur. Illi quorum
noluerit Deus purificare corda eorum; ipsis erit in hoc
mundo ignominia: et ipsis in nouissimo seculo sup-
plicium magnum.

49. Hi sunt auditores mendacij, comestores illicito-
rum. Quod si venerint ad te ut iudicentur; vel iudi-
ca inter eos, vel longè recede ab eis. Quod si longè
procul recesseris ab eis, nequaquam nocebunt tibi quid-
quam. Si autem iudicaueris; iudica inter eos cum
iustitia: quippe Deus amat iustitiam seruantes.

50. Sed quomodo eligent te in iudicem, cum apud ip-
sos sit Lententeuchus, in quo est iudicium Dei: et
tergiuersabuntur post hoc; et non sunt hi ~~ex fi-~~
~~delibus~~ ~~credentibus~~ credentes.

51. Non certè scimus Lentateuchum: in eo est
Directio et Lux. Judicabant ex eum Prophetæ qui secun-

santud religionem Eland, eos qui erant Judei: et Doctores et Sontifices etiam iudicabant per id quod commissum fuerat custodig eorum ea libro Dei; et erant de eo testes. Ne ergo timeatis homines, o Judei: sed timete me; et ne vendatis signa mea ob pretium modicum

§2. Et qui non iudicaverit iuxta quod demisit Deus: si sunt infideles

§3. Et suspicimus ung eos in illo [i. Pentateucho]: quod anima vellatur pro anima; et oculus pro oculo, et nasus pro nase, et auris pro aure; et dens pro dente: et vulnera compenset pena talionis. Sed qui ecclesiasticam

fecerit de
~~detenit~~ pro ea [i. pena], sic erit expiatio illi. + Et qui non iudicaverit secundum quod demisit Deus: si sunt iniqui.

+ [i. si iesus condonet hanc iniuriam Judei, nec condonatio inseruit ejus expiationi peccati Judeorum, seu illius qui Jesus fuit]

§4. Et subsequi fecimus vestigia eorum [i. Prophetarum] Jesum filium Marie, confirmantem quod traditum fuerat ante eum de Pentateucho: et dedimus illi Evangelium, in quo est directio, et lux; et confirmantem id quod traditum fuerat antea de Pentateucho: et directionem, et commonitionem timentibus Deum.

§5. Et iudicet familia Evangelij iuxta id quod tradidit Deus in illo: Et qui non iudicaverit iuxta id quod tradidit Deus, si sunt Prevaricantes

§6. Et demisimus ad te Librum Alcorani cum veritate, confirmantem id quod traditum fuerat ante eum de Libro [i. Pentateucho et Evangelio]: et testimonium perhibente de illo. Judica ergo inter eos [i. secun-

tuales] iuxta id quod tradidit Deus: et ne scrutemini de-
sideria eorum, declinando ab eo quod uenit ad te de ue
ritate. Cuique declinanti ex uobis legem, et uiam pa-
tentem, o Gentes. Et si noluisset Deus, citò fecisset
uos gentem unam [i. unius legis]: Sed diuisit uos in
diuersas leges, ut experimentum uestri capere in eo
quod dederat uobis [i. in ea lege]. Itaque certatim
preuenite uos mutuo ad bona. Ad Deum enim red-
ditus uestrum omnium: et tunc enarrabit uobis id in quo
discordes fuistis

57. Et iudica inter eos iuxta id quod reuelauit Deus, et
ne scrutemini desideria eorum; et caue ab eis, ne errare te fa-
ciant ab aliquo eorum que demisit Deus ad te: quod si re-
uersati fuerint, scito porrò quod certè uult Deus plectere
eos propter aliqua delicta eorum: et quidem multi ex homi-
nibus iniè sunt Preuaricantes

58. An ergo iudicium Ignorantię [i. temporis idolola-
triæ] desiderant? Et quis melior est quàm Deus in iu-
dicando apud homines, qui firmiter credunt?

59. O qui credidistis, nè accipiatis Judeos et Christianos
in socios: alij eorum sunt Socij alijs. Qui autem acce-
perit eos in socios ex uobis, certè hic erit sicut unus
ex illis. Profectò Deus non diriget gentes iniquè agen-
tes

60 Videbis itaque eos, quorum in cordibus est morbus in-
fidelitatis certatim festinare inter eos, ut sibi eos ami-

eos concilient: dicent illis: Timemus ne incidat nobis aduersa fortuna contra id quod promisit nobis Mahumetus. Verum si hoc euenerit, ut Deus assentat uictoriam Mahumeto, aut præceptum a conspectu suo de abrogendis, et contundendis his impijs, itaut fiant de eo quod celant in cordibus suis pœnitentes

61. Et a iurant qui crediderunt: An Sicunt qui iurauerunt
a iurauerunt
per Deum ualidissimo iuramentorum suorum, quod ipsi sanè
forent uobiscum? Vana facta sunt opera eorum, et euanuerunt percuntes

62. O qui crediderunt: qui recesserit ex uobis a religione
suo: mox adducet Deus pro illo alios homines: amabit
eos Deus; et ipsi amabunt eum; mansuetos erga fideles,
terribiles erga infideles

63. Decertabunt in uia Dei: neque timebunt uituperationem uituperantis. Hæc erit liberalitas Dei: dabit
illam cui uoluerit: et Deus est amplus, scientes

64. Certè socius auxiliaris uester est Deus, et legatus
eius, et ij qui crediderunt, qui persoluunt orationem,
et prębent eleemosynam, et ipsi se se inuicem ad o-
randum

65. Et qui in adiutores acceperit Deum, et legatum
eius, et eos qui crediderunt: utique qui sunt factio
Dei, ipsi erunt Victores

66. O qui crediderunt, ne accipiatis eos, qui habent religionem uestram in derisum, et ludum, ex ijs quibus tra-

Dixe

dite sunt Scripture ante nos, et Infideles, in socios: et timete Deum, si estis fideles.

67. Et neque eo, qui cum uocaueritis ad orationem, audiunt eam in derisum et ludum: hoc autem fit, quia ipsi sunt homines qui non intelligunt

68. Dic: Scripturales, an retraxistis uos a nobis, nisi quia credimus in Deum, et in id quod demissum est ad nos [i. Heouanum], et in id quod demissum fuit antea [i. Pentateuchum et Euangelium], et quòd plerique uestrum sunt preuaricantes.

69. Dic: An enarrabo uobis aliquid peius hoc circa retributionem pene apud Deum? Ille cui maledixit Deus, et iratus est contra eum, et fecit ex eis simias, et porcos, et coluerunt Tagut [i. Satanam]: Ii sunt peiores loco, et magis erantes ab equitate uie

70. Et cum uenerint ad uos, dicunt: Credidimus: sed iam intrauerunt cum infidelitate ad uos; et ipsi iam egressi sunt a uobis cum illa. At Deus optimè [a] nouerat id quod celabant [a scientissimus erat eius]

71. Et uidebis multos ex eis certatim festinantes in iniquitate et transgressione, et comedere illicita. Certè [b] uerè id quod fecerint [b infeliciter]

72. Nisi prohibeant eos magistri, et Sacrificuli eorum a loquendo eos iniquitatem, et comedendo eos illicita; uerè [c] sanè id quod egerint [c. certè miserum erit]

73. Et dixerunt Iudæi: Manus Dei est alligata.

Affligat{ sunt / maledicti sunt

a Affligentur manus eorum, et b maledicantur os [illegible] quod dicunt. Quinimò manus eius extense sunt: diligis quomodo fuit: et quidem augebit multos ex ipsis id quod demissum est ad te a Domino tuo, exorbitantia et infidelitate: et coniecimus inter eos inimicitiam et odium usque ad diem resurrectionis. Quotiescunque accenderint ignem ad bellum contra te, extinguet illos Deus: et discurrent in terra corrumpendo eam: et Deus non amat corruptores

74. Quod si porrò Scripturales credideint in Mahumetum et timuerint Deum; certè expiabimus ab eis mala eorum, et certè introducemus eos in sortes voluptatis

75. Et si porrò ipsi observauerint Pentateuchum, et Euangelium, et quod demissum fuit ad eos a Domino ipsorum: certè comedent de supra se, et de sub pedibus suis [i. bonis omnibus abundabunt.] Inter eos est gens recta via incedens: sed multi ex eis malum est quod operantur

76. O Legate, annuncia totum id quod demissum fuit ad te a Domino tuo. Quod si non feceris; ne quidem annunciaueris id quod tibi mandatum fuit a Legatione eius: et Deus seruabit te immunem ab hominibus: quippe Deus non diriget gentes infideles.

77. Dic: O Scripturales, non estis fundati supra quidquam, donec obseruetis Pentateuchum et Euangelium, et quod traditum est vobis a Domino vestro. Et quidem

auge-

augebit ~~Florentio~~ multos ex illis id quod semipsum est do
re a Domino tuo; exorbitantia, et infidelitas. Ne
ne contristeris propter homines infideles.

78. Certè illi qui videbunt; et qui auditi sunt, et sibi,
et Christiani: qui crediderit in Deum, et diem nouissimus,
et operatus fuerit recte; non erit timor. Iugeos, neque ipsi
contristabuntur

79. Et iam quidem accepimus pactum filiorum Israel, et
misimus ad eos Legatos. Quotiescunque uenisset ad eos
Legatus, cum eo quod non cupiebant animæ eorum; partim
mendacij insimulabant, et partem occidebant.

80. Et putauerunt quod non foret propter Societatis
ullo pacto: atque ideo ceci facti sunt, et obstupu
erunt. Cum conuersus est Deus ad eos. Deinde ce
ci facti sunt, et obstupuerunt multi ex ipsis: et Deus
inspiciens erat in id quod faciebant

81. Iam quidem infideles fuerunt qui dixerunt: Certè
Deus est Messias filius Mariæ: Et dixit Messias: O
filij Israel, seruite Deo Domino meo, et Domino uestro.
Certè qui socium posuerit Deo, iam interdixit Deus illi
Paradisum; et receptaculum eius erit Ignis; et non e-
rit iniquè gentibus ullus ex adiutoribus

82. Iam quidem infideles fuerunt qui dixerunt:
Certè Deus est tertius trium [i. trinus] Et non est
Deus aliquis, nisi Deus unus. Quod si non abstinuerint
ab eo quod dicunt, procul dubio arripiet eos qui ex

infideles ex ipsis, tormentum horribile.

83. An ego non conuertentur ad Deum, et veniam
petent ab eo? Et Deus est multus, misericors
Sed. Non est Christus filius Marie, nisi legatus
iam præcesserunt ante eum legati: et Mater eius simi-
uelox. Simo respondebant eisdem. Signa igitur
Do declaramus illis signa unitatis suæ; dein-
de age quomodo aberrantes a veritate

85. Dic: An seruietis præter Deum illi quod non obtine-
a bit vobis nocumentum neque utilitatem? Et Deus, ipse
non gerit est Studiens, scient
asseve-

86. Dic: O scripturales, ne excedatis in religione vestra
sine veritate: neque sectemini desideria hominum, quæ
iam errauerunt ante, et errare fecerunt multos: et e-
rauerunt ab equitate via

87. Maledicti sunt qui infideles fuerunt ex filijs Israel
per linguam David, et Jesu filij Marie. Hoc euenit eis
quia rebelles fuerunt, et prævaricati sunt

88. Non prohibebant se se mutuò ab illicito, quod facie-
bant: vere certè quod faciebant

89. Videbis multos ex eis assumere in socios eos qui sunt
infideles. b Et certè quod præmiserunt ipsis animis eorum,
quod iratus fuerit Deus contra eos, et in tormento ibi
perpetuò commorabuntur sint

b certè malum est quod

90. Quod si credidissent in Deum, et Prophetam Mahu-
metum, et quod demissum fuit ad eum; non accepissent eos
in socios

abas aſeuit fuiſſe. Mutuinus Lil. Spatij تسعة فراسخ no-
nem parasangum. Et autem parasanga ſpatium trium
miliarium paſſuum. Addit Jelal: Secum ipſos cum noc-
tu ited agerent, cum omni celeritate, mane inuentos fuis-
se ibi, uſi noctu ited incesserant: et eodem modo uespere
ibi reperto fuiſſe, unde mane erant profecti, donec om-
nes extincti sunt, preter eos, qui peruenierunt ad cen-
tem uiginti annorum. Fuerunt autem sexcenti milia:
mortuique sunt Moyses, et Aaron in deserto.

33. Duorum filiorum Adam]. Gelal uocat eos corrup-
te هابيل وقابيل: Habil et Cabil: et scribit Habelem
obtulisse arietem: Cainum uero fruges: et Deum accepta-
se sacrificium Habelis, immittendo ignem è cœlo, qui con-
sumpsit illud.

35. Cum iniquitate mea et iniquitate tua]. Explicat Jelal:
باثم قتلى واثمك الذى ارتكبت من قتلى: cum iniquitate occisionis
mee (idest quam committerem occidendo te) et iniquitate tua,
quam perpetrabis occidendo me. Addit idem Jelal, cum Cain
Habelem occidisset, mortuli fuit cadaver eius in humeros suos,
ut absconderet illud. Cumque desideraret, Deum immisisse
coruum uiuum gestantem corpus mortuum; qui unguibus,
ac rostro effodiens terram, sepeliuit in ea corpus mortuum: ut
disceret Cain exemplo corui sepelire cadaver fratris sui.

37. Ignominia] Explicat Jelal جيفة cadaver

39. Porro retributio eorum] Jelal: نزلت فى العرنيين لما قدموا
المدينة وهم مرضى فاذن لهم النبى ص أن يخرجوا الى الابل ويشربوا من ابوالها
والبانها

والبانها فلما صحوا قتلوا راعى النبى ص واستاقوا الابل: hec reuelata sunt prop-
ted Arabes, cum peruenissent Medinam, Cum enim essent gra-
ti, concessit illis Mahumetus ut irent ad Camelos suos, et
biberent ex lotio, et lacte eorum. Illi uero cum conualuis-
sent, occisis pastoribus Mahumeti, Camelos abegerunt. Lo-
tium Cameli erat ad Medicinam.

Ex opposito] Arabice: من خلاف: explicat Gelal: اى
ايديهم اليمنى وارجلهم اليسرى idest manum eorum dexteram, et pe-
dem eorum sinistrum. Addit Interpres: occidendos esse eos,
qui solum occiderint: crucifigendos uero qui occiderint et ab-
stulerint simul pecunias aut res: abscindendos autem qui de-
predati fuerint, sed non occiderint: ejiciendos demum ui cet-
eros, qui tantum iniecerint terrorem uiatoribus. Sed non con-
ueniunt ceteri Interpretes et Iurisconsulti.

Ad 4. Furator et furatrix]. Contendit Gelal, abscindendas
illis esse manum dexteram a carpo, seu ab extremitate
cubiti: et addit: وبينت السنة ان الذى يقطع فيه ربع دينار فصاعدًا
والله ان عاد قطعت رجله اليسرى من مفصل القدم ثم اليد اليسرى ثم الرجل اليمنى و
بعد ذلك يعزر: Declarauit (Conjuctio) abscisionem manus
dextre non esse faciendam nisi propter furtum quatuor num-
morum, uel maioris quantitatis. Quod si fuerit reliquum ab-
scindatur illi pes sinister & tale: deinde ma-
nus sinistra: deinde pes dexter: et postea uirgis cedatur
absque ulla lege et modo

Ad 5. Sed qui resipuerit] Gelal: فلا يسقط بتوبته حق الادمى من
القتل ورد المال: sed propter penitentiam eius, non cadit hudarae
subsit

seipsione eius, et restitutione rei furto ablatæ. Condemnatur tamen à beato, inuito scilicet, sed scienter, si prius ignorat ei antequam deferatur ad iudicem.

[1. Et Doctores] Arabicè est الربانيون Rabbany: quæ idem ferè ac Rabbini, nece desumpto a Syria, qui magistros ac doctores الاحبار Rabbone appellant *

59. [Ne accipiatis Iudæos, et Christianos in socios] Arabicè لي non solùm significat socium, sed etiam amicum, protectorem, patronum, et auxiliatorem. Vtinam Christiani principes ita sapierent et intelligerent.

60. [Ille cui maledixit Deus]. Intelligit Iudæos transgressores Sabbati si conuersos in simias ob maledictionem Dauid: et mutatos in porcos a Christo ob violatam eius mensam, uel ob ipsum Christum deiectum. De priuilegiis superius diximus: de secundis infrà dicemus.

70. [Manus Dei est alligata] Dicit inutta Gelalior expositionem مقبوضة عن ادرار الرزق علينا coarctata a præsente nobis alimenta.

75. [Si credidissent Pentateuchum et Euangelium] Gelal: بالعمل بما فيها ومنه الايمان بالنبي: faciendo ea quæ habentur in illoque, inter quæ est, ut credant in Mahumetum: بالنبي

[Quidam uia recta incedunt]. Gelal recenset inter hos Iudæum quendam pregiorum, nomine Abdallah Sphirium et socios eius.

76. [Quod si id non feceris]. Est manifesta tautologia: nam idem est ac si dicat: Si non feceris, si deest ac si non fece-

* 53. Sed qui electos synagogæ [illegible] de ea, hoc erit expiatio illi] Interpres Alcorani in præfat. Basileæ, ait enim: Hoc tamen ordinary, Dei misericordiam, præcipua sacramenta accipiet. Videtur uera et genuina translatio: nempe si ipsis condonet [illegible] ignam lesionem hoc sufficiat pro expiatione culpæ ipsius: uel potius non prodesse ipsa condonatio, ad remissionem eorum peccatorum. Interpres Gellay uerba: celui qui l'observation sera bien. Inter

56. et iam [illegible] iuriam clemen et gratuitæ in religione

pis. Jelal ad accusandam Prophetę sui obscitantiam, hac u-
titur explicatione: وان لم تفعل اى لم تبلغ جميع ما انزل اليك فما بلغت رسالته
بالافراد والجمع لان كتمان بعضها كتمان كلها:
Quod si non feceris, idest non annunciaueris omnia quę tra-
dita sunt tibi, ne annunciaueris quidem legationem seu e-
pistolam eius quatenus, et in totum: nam abstinere quatenus
eius, est abscondere eam non totam. Violenta et inepta
expositio

Seruabit te immunem ab hominibus] Jelal explicat
وكان صلى الله عليه وسلم يحرس حتى نزلت فقال انصرفوا فقد عصمنى ربى رواه الحاكم: ne occidant te. Et addit:
Prophetam Mahumetus utebatur custodia militum, donec tradi-
tus fuit Sic uersiculus. Tunc autem dixit custodibus: Dece-
dite: nam immunem ac tutum fecit me Dominus meus.
Refert hoc Alhatem.

78. Neque ipsi contristabuntur]. Nimirum, ut exponit
Jelal في الاخرة in futuro seculo..

80. Deus est Tertius. trium] Glossa Jelalis ثالث الهة
ثلاثة اى احدها والاخران عيسى وامه وهم فرقة من النصارى: tertius
trium Deorum, idest unus ex illis: ita ut alij duo sint Jesus,
et Mater eius. Fuit hęc secta quędam Christianorum.

84. Mater eius fuit uerax] Jelal: مبالغة فى الصدق
Summę ueracitatis: neque dixit unquam se esse Deum, aut
Deam. Ita est

comedebant cibum]. Jelal. كغيرهما من الحيوانات ومن
كان كذلك لا يكون الها لتركيبه وضعفه وما ينشا منه من البول والغايط

Sicut

sicut cetera animantia. Cui autem est huiusmodi non est Deus, propter compositionem, et infirmitatem suam, et propter excrementa quæ egrediuntur ab eo

§ 7. Per linguam Dauid et Jesu]. Quia nimirum Jesus mutauit eos in porcos, Dauid autem in Simias.

91. Vtique inuenies]. His uerbis ostendit, Judæos fuisse Mahumetanis infensissimos, Christianos autem amicissimos præ cæteris gentibus

92. Et cum audierint]. Jelal: نزلت فى وفد النجاشى القادمين من الحبشة قرء عليهم سورة يس فبكوا واسلموا وقالوا ما اشبه هذا بما كان ينزل على عيسى

Hæc reuelata sunt, quando aduenerunt ex Aethyopia Legati Regis Aethyopum, quibus cum Mahumetes legisset suam Alioranu, quę inscribitur Jas, cęperunt flere, et Mahumetani facti sunt, dicentes: Quam simile est hoc illi, quod reuelatum fuit Jesu! Longa est fabula: sed uide his eam in ~~Prolegomeno de Mahumeto~~ Prodromi p. 1. in synopsi Vitæ Mahumeti cap. 10. pag. 419. et in eadem p.ª pag. ~~422~~ 422.

93. Ne prohibeatis bona]. Jelal: نزل لما هم قوم من الصحابة ان يلازموا الصوم والقيام ولا يقربوا النسآء والطيب ولا ياكلوا اللحم ولا ينـــاموا على الفرش: dicta sunt hæc, cum quidam ex Sociis Mahumeti decreuissent obligare se ad ieiunium, ad surgendu[m] noctu, ad abstinendum a fœminis et unguentis, ad non comedendas carnes, et ad non dormiendum sup[er] stratum. Nimirum hæc omnia reiecit Mahumetus a secta sua, affirmans se nolle in eo institutum Monachorum Christianorum. Vide Prodr. p. 2. cap. 12. pag. ~~422~~ 424 et p. 4. c. 22. pag. 757.

94. Et dictum inconsideratum]. Arabicè اللغو: dictum temerè et sine reflexione prolatum. Explicat Jelal:.

هو ما يسبق اليه اللسان من غير قصد الحلف كقول الانسان لا و الله .
وبلى و الله : *cum lingua præcurrit iudicium et interitionem*
iurandi, uelut i cum quis dicit : Non per Deum : uel, Ita per
Deum . +

+ vide Prol. p.e. 4. c. 19. vers. fin.

Refutationes

Ad 1. *Falsa prouersus, et sacris litteris contraria est ratio, qua Maluenetus negat Christianos (nam de Iudeis non curamus) esse filios, et dilectos Dei : quia scilicet Deus punit illos propter peccata iniquorum. Imo ex hoc agnoscuntur peculiariter esse tales, quia Deus iniquitates illorum flagellis punit, et corrigit. Patet hoc in populo Israëlitico, cum adhuc esset populus Dei ; qui de peccatis suis, et præsertim de idolatriam, flagellis a Deo afflictus : et in ipso Dauide, qui in psalmo 72. ingenuè de seipso fatetur : Et fui flagellatus tota die, et castigatio mea in matutinis. Et de suis electis ac dilectis Deus ipse dicit eundem esquitur psalmo 88. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, uisitabo in uirga iniquitates eorum, et in uerberibus peccata eorum. Audi etiam Salomonem Prouerb. cap. 3. Quem diligit Dominus corripit : et quasi pater in filio complacet sibi. Et Paulus ad Hebræos cap. 12. Quem diligit Dominus castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit. Ex oppositio Dominus in ijsdem Scripturis, Deum dare concedere peccatoribus quietem, et felicitatem : ut in eodem psalmo 72. uidere licet Dauid : Zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum*

uidens

uidens. In labore laborum non sunt, et cum hominibus non flagellabuntur. Sacrorum libri huiusmodi locum sunt in scripturis, qui Alcorano diametro opponuntur, et ma-
numeri crassitiem plusquam pecuinam ostendunt. Lor-
cò facimus etiam nos, Christianos esse homines: at loc
nihil obstat quin sint etiam filij Dei & gratiam, et di-
lecti illius

2. Falsum est a Christo usque ad Mahumetum, nullum
fuisse missum a Deo Prophetam uel Legatum. Ipsi
enim Mahumetani non solùm fatentur plures in Christia-
na religione fuisse sanctos Viros Prophetis haud or-
natos, sed etiam illis peculiari ueneratione prosequuntur, ut
S. Georgium, S. Antonium Abbatem, et alios, quos ipsi
enumerant in العترة Alyhetro, seu statu legationis hu-
iusmodi. Neque dicant, Nos non fundasse nouam religio-
nem, uel nouas legem non promulgasse: Nec enim non re-
quiritur ad statum Prophetæ, uel Legati; ut patet in Noë,
Lot, Jona, Dauide, et alijs. Satis est, si ueterem et ia
ante receptam religionem seu Legem pergerent, et mi-
raculis confirment. Ex his autem innumeri fuere in re-
ligione Christiana a Christi exo usque ad Mahumetum,
qui non nouam religionem fundauit; sed ueterem nouam-
que destruere conatus est, ut superstitionem suam
stabiliret

3. Quamuis id quod refertur ex libro Numer. cap. 23.
et 24. In substantia cum Sacra Scriptura conueniat: mul-

† Quin & ipse-
met non semel
fatetur in Alcorano
hanc ipsa ueritatem,
eum scilicet se
et suos aduersa
fortuna deprimi
uidere &c.

tis tamen habet inepta appendices, quas Mahumetus e putido cerebro suo depromsit. Mirum uero quot ineptias capaces Mahumetis hic in hoc excogitauerint. Inter hos, Abmedius filius Mohamedi, cognomento الشتاء Alastadus, sic habet: Promiserat Deus Moysi, daturum se ei et populo eius terram sanctam, quæ est Syria, quam habitabant Cananei Gigantes. Conflictus autem erat se illos deleturum, et traditurum terram Syriæ in habitationem filijs Israel..... Et elegit Moyses duces duodecim, et profectus est cum eis, quousque appropinquauerunt terræ Canaan, quæ est Jericho: inde misit Deus ad eam, ut explorarent quæ in ea reperirentur. Hactenus tolerabiliter. Sequuntur iam fabulam monstra: فلقيهم رجل من الجبارين يقال له عوج بن عنق طوله ثلاثة الاف وعشرون الف ذراع وثلاثة وثلثون ذراعًا: قاله ابن عمر: وكان عوج يحتجز بالسحاب ويشرب منه الماء ويتناول الحوت فى قعر البحر فيشويه لعين الشمس يرفعه اليها ثم ياكله وروى انه اتى نوحًا يوم الطوفان وقال له احملنى معكم فى السفينة فقال اخرج عنى يا عدو الله وطبق الما باعلا الارض من جبل وما علا ركبتى عوج وعاش عوج ثلاثة الاف سنة: Et obuium habuerunt quendam ex Giganteis, qui dicebatur Og filius Enac, cuius staturæ altitudo erat tria millia et triginta trium cubitorum, ut refert Ebn-Omar. Porro Og pertingebat lateribus nubes, ex quibus hauriebat aquas ad bibendum: et acceptos pisces Ogi frendo manu eleuabat eos ad ardorem Solis: et ibi assatos manducabat. Fertur autem uenisse ad Noe tempore diluuij, et dixisse ei: Porta me tecum, et eam tuis in Arcam. Cui respondit Noe:

Cui

Exi a me o inimice Dei. Cum autem aqua cooperiret regem, et eleuaret[ur] [illegible] eam plusquam ad altitudinem montis, non tamen elebabatur usque ad genua Og. Vixit autem Og tribus millibus annis. Hec Mahumetanus interpres, et quidem celeberrimus, qui plusquam septuaginta auctores ad ea que scribit confirmanda, producit, ne quis putaret fabulas et quisquilias. Sed audi reliqua, et nisi tenes, si potes. Et perdidit eum Deus excelsus gemanus Moysi! Habebat autem Moyses castra protensa undique x tria milliaria: uenitque Og, ut uideret ea. Deinde accedens ad montem, excidit ab eo petram latam quantum castra Moysi, et accepit ea, tulitque ut super castra proiiceret, eademque tota cooperiret. Sed Deus excelsus misit ad eum upupa, que rostro excauauit petram, quam Og capite gestabat, itaut petra decideret tanquam torques in collu eius. Cum autem eo pondere prostratus fuisset, accessit Moyses, qui erat altus decem cubitis, cum hasta item decem cubitorum, quam cum in altum ad decem alios cubitos euibrasset, non pertigit nisi ad talos Og, licet prostratus iacet, et ita occidit eum. Accurrit autem turba multa cum scis, et absciderunt caput eius: et cum occisus esset, incuit protensus usque ad Nilum Aegypti x unus annus. Vocabat autem mater eius Anac, que dicitur fuisse una de filiabus Adam, et prima meretrix in terra, cuius unusquisque digitus longus erat tres cubitos, et latus duos, cum geminis unguibus in singulis digitis, uelu-

= ti. Cum autem Nortani esset, immisit in eas Deus
= leones magnos uelut elephantes, et supra uelut camelos,
= et aquilas uelut asinos; insilientes in eam peremerunt
= et comederunt eam. Redit deinde ad Cy, et ex-
= ploratores missos a Moyse, et ita prosequitur. ...
= Cum autem occurrisset illis Cy portans fascem ligno-
Cy: a 4 = rum in cacumine, corripuit manu omnes duodecim, et com-
f 232 = posuit eos in ulnam suam: et deferens eos ad coniugem,
= ait illi: En, uide hos, qui putauerunt se posse pugna-
= re contra nos. Et extractos e uero, proiecit ante
= eam dicens: Vis ne commolam eos pedibus meis? Illa uero:
= Dimitte eos, inquit, ut renuncient suis id quod uiderunt.
= Itaque dimissi, tulerunt secum granum unum ex uuis
= eorum, quod tanto maius, quantam gestet portare
camelus. Ex ea fabrica fabulosissime translata
4. Non est dubium, quin fabulosum sit, et ex aliquo fortasse
Rabbinico commento cutum, id quod de duobus Ag filijs nar-
rat Alcoranus. Augent hic etiam fabulam Expositores, et
præsertim Alnastadius, qui asserit Aeuam solitam suis ge-
minos semper parere, masculum et fœminam. Adam ueró
copulabat coniugi fœminam uniùs partus, cum masculo
alterius: atque ita adiungere uoluit Habelis sororem Ca-
ini, nomine Aclima: et sororem Habelis Ludiam ei
Caino. Cum autem Aclima esset pulcherrima, et pere in Ca-
dise genita ac nata: cupiebat Cainus eam habere uxorem Habeli.
Iussit itaque Adam utrumque offerre sacrificium ad
explorandum

† quæ etiá uidetur posse in Prodr. g. 2. c. 9. pag. 950 54.

† Thalebiensis

explendum circa hoc diuinum beneficium. Alij. rei-
unt, cum iam Cain adoleuisset, Deum effecisse ut appa-
reret illi puella quedam orta ex Genij, nomine Gemana,
in figura humana. Deum ueró inspirasse. Adq; ut con-
iungeret eam cum Cain, sicut fecit. Cum porró etiam Ha-
bel adoleuisset, fecit, ut descenderet ad Adam Heua in fi-
gura humana (puto pro Heua scriptum fuisse aliud no-
men alicuius puellę ex Genijs) quę genuit illi filiam no-
mine Bedvam, quam aspiciens Habel, ue lementer ama-
uit: et Adam, inspirante Deo, tradidit ei illam in uxorem.
Ingrediens Cain, conquestus est apud patrem, Bedvam si-
bi tanquam grandiori natu deberi affirmans. Cum igitur iu-
bente Adam, uterque sacrificium ad diuinam in bo-
luntatem explorandam obtulisset: descendit ignis candidus
e cælo, et absumpsit oblationem Habel: oblationem ueró
Cain non attigit. Testatur autem Ismael filius Ruphei,
se ex fama audiuisse, natum fuisse Habeli agnum, quem
adeo dilexit, ut cunctis operibus eum præferret, et eum in lume-
nis suis portaret. Hunc agnum tunc obtulit Habel; qui
tamen translatus in Paradisum, non cessauit in eo libe-
re uagari, ac pasci, donec Abraham immolauit illum pro
filio. Ita referunt Addallæ filius Homar, et Addallæ
filius Raphedi. Cain porró inuidia exagitatus, absen-
te patre uenit ad Habel, uolens eum occidere. Habel
autem Saddeus, cum Cain constituisset fratrem occidere,
uenisse ad eum in montem, ubi dormientis caput lapi-

collisit, ita ut moreretur. Addit Sano-genist: Cum nesci-
ret Cain qua actione fratrem occideret, apparuit illi dia-
bolus, et accepto uue, posuit caput eius supra petram,
et deinde petra alia contudit caput eius. Sic uiso, Cain
comprehesit caput fratris inter duos lapides, et occidit eum.
Hec summatim, sed fideliter ex Interpretibus Alcorani.

5. Falsum prorsus est, Deum dixisse filijs Israel,
eum qui occidit, uel a cede seruat unum tantum hominem,
idem facere ac si occideret, uel a cede seruaret uniuersos ho-
mines. Nusquam hoc in Pentateucho inuenitur, et ne
inueniri quidem potest; cum sit absolutè falsum. Ebn-
abbas pro homine, seu anima uno, intelligit نبيًّا او اماما
عادلا: Prophetam, aut Antistitem religionis, iustè agen-
tem. Inepte prorsus expositio

6. Semper cantat eandem cantionem: Iudeos corrupis-
se in sacris Scripturis oracula de Mahumeto. Nos uero,
eandem semper damus responsionem: Nec fecerunt hoc
Iudei, nec facere potuerunt

7. Dum allegat Legem de pœna talionis, quæ in Pen-
tateucho statuitur, addit de suo: Nasum pro naso, et
aurem pro aure. Licet enim hæc etiam duo comprehen-
dant sub pœna talionis, non tamen habentur in sacro
textu, neque ponuntur a Deo. Sed Mahumetus plus sa-
pit quam Deus

8. Mirum quam studiosus sit Mahumetus, qui ex-
probret Pentateucham et Euangelium, et iustos libros

libros

libros tanquam a Deo traditos iubeat iudicia exercere; et tamen uelit etiam Alcoranum suum ingerere, tanquam illis conformem, cum a Deo sit ab eis dissormis. Statuit pro fundamento essati sui; diuersitatem legum, nempe Iudaicæ, Christianæ, et Mahumetanæ esse a Deo, qui, si uoluisset, dedisset omnibus eandem Legem: sed hoc non fecit, ut experiretur obedientiã uniuscuiusque gentis in sua ipsius lege. Verùm in Lege diuina duo sunt attendenda: unum, quod spectat ad ritus, ac ceremonias, et ad ius merè politicum: alterum quod ueritates eternas, et ad fidem uel historiam spectantes amplectitur. Primum potest a Deo immutari, ac diuersimodè tradi. Secundum semper manet immutabile, et inuariabile. Hinc totum discrimen Alcorani cum Euangelio et Pentateucho ciuca primum uersaretur; non esset inter nos et Moslemos magnum dissidium. Verùm, quod Pentateuchus et Euangelium multa proponant, quæ uel sunt eternæ ueritatis, et uel pertinent ad historiam, et ad ea, quæ ita gesta sunt, et Alcoranus eadem neget, uel corruptè referat, hoc nullo modo probari potest: atque adeo intelligibile est Mahumeti stultitia, qui ex rebus inter se oppositis, quæ inuicem destruentibus, uelit unum quid atque idem componere, et contexere. Huc accedit, Euangelium non continere materias politicas, neque ritus aut ceremonias legales: sed totum ex rebus eternæ ueritatis et ex ijs quæ gesta sunt, compactum esse: quamobrem iudicia

illius nullo modo uariari possunt aut immutari, quemadmodum iudicia Pentateuchi, quę magna ex parte ceremonialia uel politica sunt. Porrò si professores Euangelij tenent ex præcepto diuino iuxta Euangelium iudicare, tenentur etiam iudicare contra Alcoranum, cum hic Euangelio in pluribus aduersetur. Negare negerat nobis Mahumetanus, Euangelium esse corruptum: nam uidelicet nunc sit Euangelium, quod erat tempore Mahumetis, si tunc erat corruptum, neque sinceram extabat; cur præcipit iudicia fieri a Christianis iuxta Euangelium, nihil distinguens de corrupto uel incorrupto. Sed Euangelium semper idem fuisse, semperque incorruptum, iam superius efficaciter demonstrauimus +

9.° In eo quod fingit Mahumetus sibi a Deo immunitatem ab hominum iniuria in prædicatione Alcorani promissam fuisse, manifestè mendax deprehenditur, dum in bello Iudęo astu ueneno sublatus est, et in præsidio Chod grauissimè uulneratus fuit +

10. Dicit etiam § 78, quemadmodum supra, salutem unicuique in sua religione siue Christiana, sit, siue Iudaica, sinè alia, quę unum Deum colat, et supremi Iudicij diem credat, et bona opera exerceat, posticeq. Sed uide quę supra circa hoc dicta sunt.

11. Oppugnat iterum Christi diuinitatem uerbis ex Euangelio mendaciter desumptis: nunquam enim legimus Christum talia uerba dixisse. Verùm licet ea di-

Pag.ª 5
XV/133

+ Hęc dadè uide supra tractata in Prodr. p.ª p.ª c. 2. de legg.

+ Prodr. p.ª 2. c. 5 pag. ~~124~~ 29.

+ et sufficiè in Prodr. p.ª 3. c. p.ª pag. ~~[illegible]~~. et alibi 3.

ea dixisset, nihil fuerent contra nos, qui duplicem in Christo naturam, diuinam et humanam agnoscimus. Matrem uero eius non fuisse Deum, aut Deam, nos etiam uero confitemur. Quamobrem ea quę hic Suarez Alcoranus, nullius momenti sunt ad sanctissimę Trinitatis mysterium labefactandum. Vide superius dicta.

16. Quid quid sit de odio et hostilitate Sudorum, et progenitore charitateque Christianorum erga Mahumetanos, itemque de laudibus ipsorum Christianorum, precipuè Monachorum ac Legislatorum: magnus certè mendacium est quod asseritur de eorundem lacrymis in audiendo Alcorano, et precipuè lectione illius quę inscribitur Jus: in qua cum prorsus nihil sit quod cum Euangelio uel tantillum conueniat, impossibile est Christianos illos Actiopes, precipuè Legislatores et Monachos, cum ijs quę in Euangelio habentur, illam ita comparasse. Potuit tamen euenire, ut Christiani aliqui simpliciores et audiores, Mahumeti hypocrisi decepti, in illius naſas inciderent. Simile quod in Oriente idem non raro contingit in Christianis Schismaticis, qui ut pote a Deo derelicti, eo quod ab eius Ecclesia dissuncti sint, ad Mahumetanos partes facillimè transeunt

17. Valde delitiosum ac molle Lectorem Mahumetus, qui ad suauiorum ciborum usum assuefactos propensum compellat: et non nullos eorum auersio-

rem uitare ampleeti uolentibus ita a proposito deterreat,
et ad licentiam ac libidinem reuocare conetur
1 Ioh. Absoluit iterum iuramento uana ab omni
culpa. Sed de hoc et alijs, ne eadem repetere cogar,
uide que iam superius dicta sunt

Sextus Aforani

99. Qui credideruat: certè uinum, et alea, et statue, et
sagitte sunt abominatio ex opere Satane: itaque deuitate
illud, ut uos felices sitis

100. Itique nititur Satanas conijcere inter uos inimici-
tiam, et odium in uinum, et aleam; et auertere uos a memo-
ria Dei, et ab oratione: an ergo uos abstinebitis ab
eis?

101. Et obedite Deo, et obtemperate Legato, et cauete ab op-
posito: nam si contumaces fueritis, scitote, quod ad
Legatum nostrum pertinet tantummodo annunciatio cla-
ra ueritatis

102. Non est ijs qui crediderunt, et fecerunt bona, pri-
catum ullum ob id quod gustauerunt ex illicitis,
si timuerint Deum, et crediderint et fecerint bona: rursum
timuerint, et crediderint: tum timuerint, et benefecerint:
nam Deus amat benefacientes

103. O qui credidistis, certè experimentum uestri faciet
Deus in aliquo re circa uenationem, quam capiunt ma-
nus uestre et haste uestre; ut sciat Deus quis timeat
eum in occulto [i. quando nemo ipsum uidet]. Qui ergo
transi-

transgressus fuerit pœnæ hoc interdictum circa uenationem
illi erit pœna doloriſica
104. Qui credideunt, ne occidatis uenationem, dum
uos estis [a] in sacris peregrinationis: et qui occiderit eam
ex uobis, sciens intentionem occidendi, certe restributio a. peregrinantes
eius erit, ueluti si occidisset aliquod iumentum domes-
ticum. Judicabunt de illa duo prediti iustitia ex
uobis: et erit pœna eius munus mittendum ad Caabam:
aut expiatio eius erit cibatio pauperum: aut compensa-
tio huius peccati erit ieiunium, ut gustet pœnam facti
sui. Ignouit Deus id quod præterijt. At qui reuersus
fuerit ad illud, ultionem capiet Deus de eo: et Deus est
præpotens, habens uim ulciscendi
105. Concessa est uobis uenatio maris quocunque tempore:
et cibus eius ad usum uobis, et ad uiaticum itinerantibus:
et prohibita est uobis uenatio terræ quandiu manse-
ritis [b] sacri peregrinationi addicti: et timete Deum, b peregrini
ad quem congregabimini in die iudicij
106 Constituit Deus Caabam domum sacram, sta-
tionem hominibus: et mensem sacrum, et Donarium
eius quæ offeruntur ad Meccam, et appensoria, quæ illi
apponuntur. Hoc fecit, ut sciretis quod Deus nouit
id quod est in cœlis, et id quod in terra, et quod Deus
de omni re est sciens
107. Scitote quod Deus est uehemens in puniendo,
et quod Deus est indultor, misericors

a Non est super Legatum

108. Non a spectat ad Legatum, nisi predicatio: et Deus dicit id quod manifestatis, et id quod absconditis

109. Dic: Non adequabitur malum et bonum, etiam si placuerit tibi multitudo mali: timeto itaque Deum, et pretii cordibus, ut uos felices sitis.

110. O qui creditis, ne interrogetis de rebus que si manifestentur uobis, molestia malorum sunt uobis; et si interrogetis de eis quando reuelatur Alcoranus, manifestabuntur uobis. Condonat Deus uobis culpam ob interrogationem de illis: nam Deus est indulgens, benignus

111. Jam interrogauit de illis gens que fuit ante uos: deinde facti sunt in eis non credentes

112. Non statuit Deus aliquid de Balira, neque Saiba, neque Vasila, neque Hamo: sed qui infideles erant commenti sunt circa Dei aduersus Deum mendacium: et plerique eorum non intelligebant

113. Et cum diceretur illis: Venite ad id quod reuelauit Deus, et ad Legatum: respondebant: Sufficit nobis hoc illis, etiamsi patres eorum non sciuissent quidquam, neque directi fuissent

114. O qui creditis: Sufficiat uos anime uestre [i. attendite uobis ipsis]. Non nocebit uobis qui erraueit, dum uos directi fueritis: ad Deum erit reditus uestrum omnium; et enarrabit uobis id quod fe-

cistis

cati fuerity

115. Qui crediderunt, testimonium sit. inter uos cum advenerit alicui uestrum mors, tempore condendi testamenti; sint duo testes fregiti iustitia ex uobis: aut alij duo non ex ~~uobis~~, uestris, cum uos iter haueritis in terra, et incideritis uobis accidens mortis: claudetis ambos in custodia post orationem meridianam, et iurabunt per Deum, si dubitaueritis de eorum fide; et dicent: Non accipiemus pro hoc pretium, etiamsi fuerit Iudex cognationem: neque abscondemus testimonium Dei: nos enim profectò essemus ex iniquis

116. Quod si constiterit quod ambo admiserint iniquitatem: alij duo stent loco utriusque ex ijs contra quos admissa est iniquitas, proximiores mortuo: iurentque per Deum: Certè testimonium nostrum uerius est, quàm testimonium illorum duorum; neque preuaricamur: si iuramus: nam nos certè essemus ex iniquis

117 Hoc erit facilius, ut dicant testimonium conuenient illius testimonij prioris, uel timeant ne feratur iuramentum aliud post iuramentum illorum, quo deprehendatur falsitas illius. Timete itaque Deum, et audite precepta eius: nam Deus non diriget gentes preuaricantes

118. Die quadam congregabit Deus electos, et dicet illis: Quid responsum fuit uobis, quando uocati estis populis? Respondebunt: Non est scientia nobis de hoc: tu sanè es cognitor arcanorum

119. Cum dicet Deus: O Iesu fili Mariæ, memento beneficentiæ meæ erga te, et erga genitricem tuam, cum corroborauí te Spiritu sanctitatis, ut loquerer sermones, Dum esses in cunabulis, et senex: et cum docui te Scripturam, et sapientiam, et Pentateuchum, et Euangelium: et cum creares ex luto ueluti figuram uolucris ex concessione mea, et insufflabas in eum, et fiebant uiui ex concessione mea; et curabas cæcum a natiuitate, et leprosum ex concessione mea: et cum educeres mortuos ex sepulchris ex concessione mea: et cum cohibui filios Israel a te, ne te occiderent, cum uenisses ad eos cum demonstrationibus miraculorum. Et dixerunt qui increduli erant ex eis: Si hoc hæc, nisi magia manifesta.

120. Et cum inspirauí Apostolis dicens: Credite in me, et in legatum meum Iesum: Respondentes: Credimus: et testificare quod nos sumus Muslemi.

121. Memento cum dixerunt Apostoli: O Iesu fili Mariæ, an poterit Dominus tuus demittere ad nos mensam de cœlo? Respondit: Timete Deum si estis fideles.

122. Dixerunt: Volumus comedere ex ea, et quietæ sint corda nostra; et scire quod iam dixeris nobis uera; et esse nos ex testificantibus [i. assistere] eidem mensæ.

123. Dixit Jesu fili Mariæ: O Deus Domine noster descendeat fac hujus noj mensam c Ecclo, quæ sit nobis in diem festum, primo nostrûm, et nouissimo nostrûm, et in signum a te: Et nunc noj: nam tu es optimus nutricium.

124. Dixit Deus: Equidem descendet faciam illam ad uos: at qui infidelis fuerit posted ex uobis, certè ego puniam ~~ego~~ eum pœna, quâ non puniam ullam ex creaturis

a ullum ex Mundi

125. Et memento cum dicet Deus Jesu in die Judicij: O Jesu fili Mariæ, tu ne dixisti hominibus; accipite me et matrem meam in duos deos præter Deum. Respondebit. Laus tua: non conuenit mihi dicere, quod non est mihi in ueritate. Si hoc dixissem, iam certè scisses illud. Tu scij id quod est in me; et ego nescio id quod est in te ~~eum~~: Tu certè es cognitor arcanoz

b. Non est mihi ut dica

126. Non dixi eis, nisi quod præcepisti mihi: Colite Deum Dominum meum, et Dominum uestrum: et fui super eos testis [i. custos] quamdiu commorarer tum cum eis: Postquam uerò fungi fato fecisti me, fuisti tu custos super eos: nam tu super omnem rem es testis

127. Si punieris eos, ipsi certè sunt serui tui: et si pepercerij eis, certè tu es Potens, Sapiens.

128. Dicet Deus: Hic dies prodest ueracibus ueracitas eorum: ipsis erunt horti, currunt sub illis flumina: perennes ~~remes~~ erunt in illis semper: complacuit sibi Deus in

ejs; et ipsi complacuerunt sibi in eo: Sic erit felicitas magna

Lex: Dei est regnum Cœlorum et terræ, et eorum quæ sunt in ipsis: et ipse est super omnem rem potens.

Nota.

99. Certè vinum, et alea, et statuæ, et sagittæ]. De vino, alea, et sagittis iam satis supra diximus. Statuarum nomine, Arabicè الانصاب, Gelal, Jahiæ, Zamchasserius, et Thalebiensis intelligunt الاوثان idola, quæ Arabes adorant. Sed alij meliùs intelligunt Latrunculorum ludum, quos vulgò schaccos appellamus; eoque Arabes præcipuè delectantur. Vinum et hic adtendum, non prohiberi à Mahumete, iuxtà Gelalem, nisi المسكر الذى يخامر العقل, illud quod inebriat, ac perturbat intellectum: ita ut vina leuiora, ac suauiora; uel etiam generosiora, si in tam modica quantitate sumantur, ut inebriare non possint, iuxta hunc Doctorem, non sunt illicita. Sed Jahiæ contraria sentit; ait enim فجاء تحريم الخمر فى هذه الاية قليلها وكثيرها منها وسالم يشك absolutè, sinè multum sit siue parvum, siue inebriet siue non. Idem Author ex assertione Mohammed filij Abu-Hamid, scribit Mahumetum ipsum dixisse: من شرب الخمر ثم لم يسكر اعرض الله عنه اربعين ليلة: ومن شرب الخمر ثم اسكر لم يقبل الله عنه صرفا ولا عدلا اربعين ليلة فان مات فيها مات كعابد الاوثان كان حقا على الله ان يسقيه يوم القيامة من طينة الخبل قيل يا رسول الله وما طينة الخبل قال عصارة اهل النار.

uinum, nec inebriatus fuerit, longè recedet Deus ab eo
& quadraginta dies. Qui autem bibens inebriatus fuerit,
non accedet ad eo Deus conuersionem, neque iustificat
& quadraginta dies. et si ea tempore mortuus fuerit,
inter idolatras reputabitur: erit debitum Deo pota-
re illum die resurrectionis, luto corruptionis. Dic-
tum fuit ei: O Legate Dei, quid est luteum cor-
ruptionis? Respondit. Sanies exprefa e corpori-
bus damnatorum. Thalebiensis also Prophetæ
sui contra uinum dicta commemorat ex Othman
filio Affan, Abu-Soreira, Ebn-abbas, Ebn-ab
bas, et alijs antiquis Moslemis traditionem accep
to; inter que hec sunt: ان الله لا يجمع بين الخمر والايمان فى
جوف امرء ابدًا: مدمن الخمر كعابد الاوثان: من شرب الخمر فى الدنيا ثم لم
يتب منها حرمها فى الاخرة: من شرب الخمر فى الدنيا سقاه الله من حميم سم الاساود
ومن سم العقارب من شربها تساقط لحم وجهه فى الاناء قبل ان يشربها فاذا
شربها فلفسخ لحمه كالجيفه يتاذى به اهل الجمع ثم يؤمر به الى النار: الا
وشاربها وعاصرها ومعتصرها وبايعها ومبتاعها وحاملها والمحمولة
اليه وآكل ثمنها سواء فى اثمها وعارها ولا يقبل الله منه صلاة ولا
صياما ولا حجا ولا عمرة حتى يتوب. فان مات قبل ان يتوب منها كان حقا
على الله ان يسقيه لكل جرعة شربها فى الدنيا شربة من صديد جهنم الا
وكل مسكر خمر وكل خمر حرام: لعن الله الخمر وشاربها وساقيها وبايعها
ومبتاعها وعاصرها ومعتصرها والمحمولة اليه وآكل ثمنها: اجتنبوا الخمر
فانها مفتاح كل شر. *Non uniet Deus simul in interiori ho-*
minis uinum & fidem. Assiduè uino indulgere equi-
paratur idololatriæ. Qui biberit uinum in hoc mundo,
neque egerit pœnitentia de hoc, arcebitur ab eo bibendo

= in seculo futuro. Qui biberit uinum in hoc mundo, potabitur
= a Deo uenenо serpentum et scorpionum, Sed antequam bibat
= illud, concidet caro faciei eius in uase illius: postquam ue.
= rо biberit illud, computrescet caro eius in morem cadaueris,
= ex cuius fetore omnes offendentur: et deinde projicietur
= in ignem. Quicunque biberit uinum, premens uuas ad illud
= experimendum, uendens, emens, altatu portans, recipiens il-
= lud, et comedens de pretio eius; omnes isti sunt eiusdem
= culpe et pene: non acceptabit Deus ab eis preces, ieiunia,
= peregrinationem, et uisitationem Meccanam, donec peni-
= tentiam agant. Quod si quis ex his sine penitentia obie-
= rit, debitum est Deo torare illum pro singulis calicibus
= uini quos biberit in hoc mundo, totidem portionibus ex
= puro seu sanie corporum damnatorum. Quicunque quid
= quid inebriat, reputabitur uinum, et omne uinum est pro-
= hibitum. Maledixit Deus uino, et bibentibus, propinan-
= tibus, ~~calcan~~ ementibus, uendentibus, calcantibus uuas, et
= experimentibus illud; item recipientibus illud, et comeden-
= tibus pretium eius. Cuitare uinum, quia est clauis om-
= nium malorum. Hec Mahomet. Sed Mahumetus
= canit fabulam surdo, et pulsat liram domino, dum ta-
= cito uinum sibi prohibet

102. Non est ejs qui credidерunt]. Versiculi huius senten-
tiam iuxta Hieronymum, est: Nullum peccatum dimisisse
discipulos Mahumeti bibendo uinum, aleisque ludendo,
antequam Deus hec prohiberet; dummodo post prohibitio-
nem ab his abstinerent. Salua quoque sermonem fide eo

illis

illis qui iam defuncti ante prohibitionem uinum bibebant. Sed si non poterant in posterum cauere a uino, neque bonum opus facere, quemadmodum precipit Alcoranus. Porrò cum Mahumetus prohibeat sic uinum et aleas, et magitteas, sortitorias, et idola; et dicat nullum esse piaculum his qui ante prohibitionem sic rebus usi fuerint: miror Interpretes ad uinum solùm et aleas Alcorani uerba restringere, precertim cum parum uini idololatrię Mahumetus equiparet. Deinde cum sortitio illa magitteas, et idolorum cultus sint suapte natura mala et illicita; ne ante prohibitionem quidem potuerunt sine piaculo exerceri.

103. Certè experimentum uestri faciet Deus] Quando, et quomodo hoc factum sit, ita refert Zelal: وكان ذلك بالحديبية وهم محرمون فكانت الوحش والطير تغشاهم فى رحالهم فى الحديبية, cum essent in Hadibia, et sacra peregrinationis ritibus ac ceremonijs adhuc, a uenatu prohiberentur; uenientes sponte fere et aues in tam magno numero, ut camelos et tentoria eorum offirent. Hoc scilicet erat illis ad tentationem; nam poterant facilè feras, manibus aues capere, ut uoluerint.

104. in sacris Peregrinationis] quando scilicet ad eam solitis ritibus præparamini, uel actu eam exercetis. Porrò qui eo tempore feram aliquam, uel uolucrem uenatu occidisset, restituere cogebatur domesticum aliquod animal illi simile: exempli causa ouem pro capreâ, columbam pro perdice &c. Huius autem similitudinis iudices erant duo

+, la dele peregrinatis] Arabic

uiui ex prudentioribus. Porro alijs illa, uel auis, uel quicquid aliud esset, deferebatur in oblationem ad Meccam. Quòd si quid simile animal non posset reperire ob suam paupertatem, ieiunio, uel cibatione unius pauperis multabat.

105. Concessa est uobis uenatio maris] : nimirum piscari, atq; uesci ex quolibet genere piscium. Azzonit Zelal moderatione : وهو ما لا يعيش الا فيه بخلاف ما يعيش فيه وفى البر كالسرطان : intelligitur de his, quæ uiuunt tantùm in mari, non autem de his, quæ uiuunt simul in mari, et in terra, cuiusmodi sunt cancri.

106. Constituit Deus Caabam] Celebrem Meccanum كعبة Caaba appellatur, a figura cuba, seu quadrata. Dicitur autè statio hominibus, quia, ut exponit Zelal يقوم به امر دينهم situm est in eo id quod spectat ad religionem eorum.

* Mensem sacrum] Zelal: بمعنى الاشهر الحرم ذو القعدة وذو الحجة والمحرم ورجب : idest, menses sacros : nempè, Dhulkaedat, Dhulhoggiat, Moharram, et Rageb. Dicitur autem si menses sacri sunt, idest prohibiti, seu prohibitionis, eo quod in ijs bellum, uenatio, et alia non nulla prohibeant.

110. Ne interrogetis de rebus] Zelal : نزل لما اكثروا سوالة صلى الله عليه وسلم : Hæc dicta sunt, quia nimis frequentes erant in interrogando Mahumetho. Horatq; itaque eos, ut exspectent oracula Alcorani, ex quibus intelligant, quæ interrogant, et postquam intellecta displicebunt

112. Non statuit Deus aliquid de Bahira]. Pertinet hæc ad suggestionem Arabum rèdarguendam. Est autem Bahira, ut docet Albochariy, camela, quæ ad hoc tantum

deser

deserviebat, ut hac diu emunctu, diis libaretur. At vero سائبة Saiéba, camela erat, quæ ijsdem diis libera dimittebatur, nec onus ullum illi imponebatur. Porrò وصيلة Vasila, erat camela primogenita, quæ simul cum alia camela sine societate masculi dimittebatur. Postremo حامي Hamus, camelus erat, qui cum camelam subegisset ad prolem usque ad certum tempus, libertati suæ relinquebatur.

118. Die quadam] Arabice يوما : videtur habere vim quando, vel, illa die qua. Hic intelligitur dies supremi Judicij, ad quam referuntur omnia sequentia, licet in Arabico usurpetur tempus præteritum pro futuro.

120. quòd nos Surrus Moslemi] Apostolos, quemadmodu Prophetas, imò & sanctos omnes tum veteris, tum novi Testamenti, fuisse مسلمون Moslémos, idest Mahumetanæ sectæ professores, Mahumetani constanter tenent cui Alcoranus. Hoc autem nomen مسلم Moslamus, propriè significat, Tradens, quasi sè totum tradat Deo.

121. Memento cum dixérunt Apostoli]. Præcipuum Christianæ Religionis mysterium in fabulam vertit Impostor, quam Expositores sexcenti augent nugis, ac figmentis. Placuit hic referre quæ Thalebiensis habet in loci huius expositione; sed quia prolixiora sunt, Latine tantùm sed fideliter, & Arabicè omittis, producamiait igitur: Fuerunt Apostoli peculiares socij Jesu. Dixit Hasan: Erant fullones. Et dixit Mogiahed: Erant Piscatores. Alij Nauty: alij consiliarios Jesu eos fuisse. Di-

℣ xit Akrama: Ipsi fuerunt electi, & evant duodecim. Diligentius
℣ autem Author, circa hanc Mensam, utrum uere descenderit
℣ ecclo, necne. Dixit Mogiahed: Non descendit Mensa uere:
℣ sed hoc est tantum parabola. Et dixit Alhasan: Reuera
℣ non descendit; quia homines illi cum audissent eam con-
℣ ditionem: Qui autem deinde ex uobis incredulus fuerit:
℣ certè puniam illum &. deprecati sunt dicentes: Volumus
℣ illam. Verum clarior sententia est, eam uere descendisse,
℣ propter uerba aptissima Alcorani. Dixit Kaab: Descendit
℣ die Dominica, quam propterea Christiani solennem habent:
℣ sed non conuenient in modo descensionis, et pertinentib.
℣ ad Mensam. Refert Ommar filius Jadas, Mahumetum
℣ dixisse: Descendit cum pane & carne: et hoc, quia ipsi pe-
℣ tierunt a Jesu cibum, qui non deficeret unquam: dixitq. illis
℣ Jesus: Certè persecutabit Mensa, donec nihil abscondatis,
℣ ndl asseratis ex ea. Si autem hoc feceritis, puniet uos Deus.
℣ Et dixit Isaac filius Abdallah: Quidam eorũ furati sunt
℣ ex ea, dicentes: Forsasse non descendet semper, sed asse-
℣ retur a nobis: & transmutati sunt in simias, & porcos.
℣ Et dixit Ebn-Abbas: Dixit Jesus filius Mariæ fauste me
℣ Mariæ filijs Israël: Jeiunate triginta dies; deinde petite
℣ a Deo id quod uultis, et dabit uobis. Id cum fecissent, di-
℣ xerunt: O Jesu, si eui essem nostram nauauissemus, per-
℣ fectiam ogive sane cibauisset nos. At nos ieiunauimus,
℣ et fame affligimur: Roga ergo Deum, ut demittat men-
℣ sam è cœlo suffnos. Auulerunt igitur Angeli Mensam
℣ in qua erant nouem placentæ, et nouem pisces magni;

Josue-

persuaruntq; eam ante illos, et comederent ex ea ita primus ut v
ultimus. Dixerunt Zadan, et Meisera: Cum apposita fuisset v
mensa illa filijs Israël, variabantur sapores omnes ex esu v
cum omni cibo præter carnem. Et dixit Said filius Rioboir v
ex auctoritate Ebn. Abbas. Demittebatur super mensam v
omnis esca, præter panem, et carnem. Et dixit Atta: v
Demittebantur super eam omnia præter pisces, et carnem. v
Et dixit Atia Aufhidensis: Demissus est ex esu unus piscis, v
in quo erat sapor omnium rerum. Et dixit Ommar, et v
Cotada: Descendebat mensa ex cœlo, in qua erant fructus v
ex arboribus Paradisi. Et dixit Vahb filius Monabbeh: v
Demisit Deus partillos hordeaceos et pisces. Dictum autem v
fuit ei: Vahb: Quid hæc proderant eis? Respondit: Ni- v
hil: sed Deus duplicauit illis benedictionem: et comede- v
bant homines, et egrediebantur, donec comederent om- v
nes. Dixit Caleb, et Mokatel: Exaudiuit Deus Jesum, v
et dixit: Equidem descendere faciam eam super eos, ut pe- v
titis: sed qui comederit ex eo cibo, et deinde non credi- v
derit, maledicam ei, et puniam eum in exemplum v
posteris. Responderunt: Contenti sumus de hoc. Vocauit v
autem Jesus Simonem fullonem, qui erat Apostolorum v
pergratissimus, et dixit ei: Habesne apud te cibum? v
Respondit: Vtique: sunt apud me duo pisces, et septem v
panes. Affer, inquit, ea ad me. Et allata, concidit v
in parua frusta, iussitq; eos assidere in prato denos et v
denos. Deinde surgens orauit Deum, qui exaudiuit eum, v
et descendere fecit super ea benedictionem, et euase- v

℣ runt panis perfecte. Deinde surgens Jesus posuit in singulis
℣ discipulis quantum digiti eius ferre poterant; tum dixit:
℣ comedite in Nomine Dei. Cepit autem cibus multiplicari,
℣ donec pervenit usque ad genua eorum: comederuntque
℣ quantum voluit Deus, et sufficerunt quinque coniugi-
℣ bus. Erant autem plusquam quinque millia hominum;
℣ dixerunt q. omnes: Testamur te esse servum Dei, et lega-
℣ tum eius. Deinde rogaverunt eum alia vice, et gravit
℣ Jesus, et dedisset Deus panem, et piscem; quinq. scilicet
℣ libus, et duos pisces, et evenit sicut prima vice. Cum
℣ autem revertissent ad urbes suas, et hoc divulga-
℣ sent: riserunt illi, qui non fuerant presentes, et dixerunt:
℣ Fascinavit oculos eorum. Deus autem stabilivit eos,
℣ quibus voluit bonum, in eo quod viderent. Illi autem,
℣ quorum voluit perversionem, reversi sunt ad infideli-
℣ tatem suam, et transmutati sunt in porcos: non erat
℣ inter eos puer ullus, aut mulier: et ita permanserunt
℣ aliquot dies, deinde perierunt; et non comedebant,
℣ neque bibebant. Et dixit Kaab: Descendit Manna
℣ desuper inversa ecclo, quam ferebant Angeli volan-
℣ tes inter cælum, et terram. Erat autem super eam omne
℣ ciborum genus præter carnem. Et dixit Caacha: Re-
℣ vertebat super eos mane, et dispergebat, ubicunque
℣ fuissent, sicut manna, et coturnices filij Israël.
℣ Et dixit Jeman filius Riab: Comedebant ex ea, quan-
℣ tum volebant. Et dixit Salman: Cum rogassent Jesu
℣ Apostoli, ut descendere faceret super eos mensam,

℣ videlicet

indutus est veste sancta, et flens dixit: O Deus Domine noster, demitte super nos Mensam, et pone in ea aliquid, quod comedamus: tu enim es optimus Nutrientium. Descendit autem Mensa rubra inter duas nubes, et delabebatur cum sonitu, videntibus ipsis. Jesus autem flevit, ac dixit: O Deus fac, ut simus tibi grati: o Deus fac, ut sit nobis ad misericordiam; et ne sit nobis ad pœna, et ad exemplum supplicij. Quicqui autem intrebantur in illam, et nihil unquam tale viderant sicut in ea, nec senserant odorem tam suavem, qualis erat odor illius. Dixit q: Jesus: Surgat optimus vestrum, et discooperiat eam, et invocato Nomine Dei comedat. Respondit Simon caput Apostolorum: Tu es ad hoc omnium dignissimus. Tunc surrexit Jesus, et cum se ablutione purificasset, protinus oravit, iterumq. flevit: et ablata sindone, quæ Mensa cooperiebatur, dixit: In nomine Dei, qui est optimus Nutrientium. Ecce ibi pisces assi, sine squamis, et spinis, stillans pinguedine; et ad caput eius erat sal, et iuxta caudam aceturn; et in circuitu eius omnis species olerum præter porrum. Erant etiam in ea quinque placentæ. Super primam erant oleæ: super secundam mel: super tertiam ouum: super quartam caseus: super quintam caro siccata. Dixit Simon: O Spiritus Dei, estne ei- bus hic ex hoc Mundo, an ex altero? Respondit Jesus: Stæ Memoriæ: ex his, quæ hic videtis, nihil est ex hoc Mundo, neque ex altero, sed totum creavit Deus potentia prædominante. Comedite ex eo quod petistis; nam vo-

℣ vorabit nos, et augebit Deus gratia sua. Dixerunt Apostoli:
℣ Vellemus, ut ostenderes nobis in hoc miraculo aliud miracu-
℣ lum. Tunc ait Jesus: O piscis, vive per voluntatem Dei Al-
℣ tissimi. Et piscis motitavit se, et venerunt simul ad eum
℣ squame, et spine, ita ut Apostoli timore perterrerentur. qui-
℣ bus dixit Jesus: Cur petistis illud, quod cum obtinuistis, refu-
℣ gistis? Tunc iterum dixit: O piscis, revertere quahs eras antea
℣ per voluntatem Dei. Et reversus est piscis ad us. Illi vero dixe-
℣ runt ei: O spiritus Dei; tu primus comede ex eo; deinde nos
℣ etiam comedemus. Respondit ~~Petrus~~ Jesus: Audetat Deus, ne
℣ comedam ex eo: sed comedat ex eo qui vel petiit. Illi vero
℣ timuerunt ex eo comedere. Et vocavit Jesus pauperes, et e-
℣ grotos, et mutilos, et mancos, et claudos, et miserabiles,
℣ et ait illis: Comedite alimonia Dei; nam nobis est in
℣ bonum, exteris autem in malum. Comederunt ig. ex eo mille
℣ ac trecenti viri, et mulieres, qui omnes erant pauperes,
℣ annosi, egroti, et egumnis pressi, et omnes saturati sunt.
℣ Deinde respexit Jesus in piscem; et ecce erat in eadem for-
℣ ma, qua missus fuerat e celo. Deinde ascendit Mens-
℣ sursum in celum, aspicientibus ipsis, et abscondita est ab
℣ eis: nullus ex eo comedit illa die grate confectus, qui
℣ non convaluisset: nullus infirmus, qui non sanaretur:
℣ nullus egumnosus, qui non levaretur: nullus pauper
℣ qui non ditaesceret, et diues perseueraret usq ad morte. 5.
℣ Et præcepit Apostolos, et exteros, quod non comedissent
℣ ex eo. Cum autem descendebat Mens- è cælo, congre-

gab-

gabantur diuites, et pauperes; pusilli, et magni; uiri ac mulie-
res; et sese comprimebant, ut ad eam accederent. Jesus autē
per uices ad eam illos admittebat. Peruenerunt autem qua-
dragintā dies, mane hora prandij descendens è cœlo; et
stabat sixa usque ad declinationem umbræ meridianæ, ita
ut omnes comederent eo tempore ex illa: et tunc eleuabat
sursum, cunctis uidentibus umbram eius, et abscondebat
ab eis. Descendebat autem alternis diebus, sicut Camela
Themudi. Et reuelauit Deus Jesu dicens: Pone Mensā
meam, et alimonia meam pauperibus sine diuitibus. Et
dubitare cœperunt circa illam, an ubi descenderet è cœlo:
et dixit eis Jesus: Peristis: preparate uos ad regnū Dei.

Hactenus Author, cum quo cæteri Expositores in plu-
ribus consentiunt. Hic uero ineptius libuit ad maiorē
Alcoranicorū uerborū intelligentiā hoc loco referre: quæ etiam retulimus
in Prodromo, præ-
sertim pte. 4. cap.
ultimo. pag. 575
&c.

Refutationes.

I. Jam supra Mahumeti stultitia in prohibendo uino demonstrauimus. Quod si id ex temperantiæ amore fecis-
set, laudem fortasse meruisset; quamuis in hoc etiam esset improbandus: nam temperantiæ uirtus refugit ab extremis; neque in omnimoda abstinentia, sed in discreto ac moderato uini usu consistit: quamuis et ab illo aliqui ad cauendam magis spiritus subigendam, et ad peccatorū suorum pœnam a seipsis exigendam, laudabiliter prorsus abstineat. Atqui nihil horum Impostorem mouit ad proscribendum uinum; sed illud tantum, quod Diaboli opus

esset, et inuentum; et suapte natura malum, et illicitum
quantumuis ex illius usu bona nonnulla prouenirent.
Hoc autem quàm falsum sit, ex eo potissimùm probatur,
quòd in pluribus sacræ Scripturæ Libris, imò uinum
non solùm non damnetur, uerùm etiam tanquam
Dei donum commendatur. Quòd si aliqui eo abu-
tuntur ad luxuriem, et ebrietatem; non sequitur esse
tanquà malum absolutè fugiendum. Nulla res est tam
bona, ac sancta, ut non aliqui saltem ea abutantur uel
possint uel abuti possint ad malum. Huc accedit Mahu-
metum ipsum, multo tempore uinum suis permisisse,
quod nullo modo facere potuerat, si suapte natura mala
erat, et illicitum, et رجس من عمل الشيطان abominatio ex opere
Satanæ: quasi Satanas aliquid creauerit, quod propterea
sit ex se malum, ut uolebant Manichæi. Illud uero ri-
dendum, quòd uini potatores in hoc Mundo, a uini pota-
in futuro seculo arcendos esse affirmet, in quo inter alia
flumina, unum uini fluiturum constans est inter Ma-
humetanos fides. Si uinum in Paradiso reperitur, et
à Beatis bibitur (quod ne Hominem quidem concidit)
qua ratione opus Satanæ appellat illud Alcoranus? Ve-
rùm, ut iam diximus, credunt ac docent prudentiores
Mosleni, non uinum, sed nimium, et immoderatum
uini usum esse damnandum, quicquid blaterét Alco-
ranus, quem plerique Mahumetani, et præsertim Persæ
in hoc parum aut etiam nihil curant, dum se se
uino ad ebrietatem usque liberrimè inquinent.

Circa prohibi-
tionem uini vide
Prodr. p. 1. t.
cap. 14. pag. 37.

2. Ma-

2. Mahumetus tam hîc, quàm alijs in locis Alcorani, (quos Abul-kasem Hebat-Allah, in Tractatu في الناسخ والمنسوخ de Abrogante et Abrogata, centum uiginti quatuor esse affirmat) profitetur se esse tantummodo prædicatorem, et commonitorem: nihil aliud ad se spectare: nullum se cogere ad religionem suam sectandam: credant Infideles, siue non credant, nihil sua interesse: ad Deum id tantummodo pertinere. Imò fatetur non semel Judæos et Christianos, et alios huiusmodi, qui in Deum uerum credunt, et in die Judicij, et rectè iuxta propriam legem operantur, salutem consequi sempiternam. Postremò Mahumeti in Alcorano est illud الدين لا اكراه في Ne sit coactio in religione: seu, Nemo inuitus trahatur ad religionem. Ita loquebatur homo uersipellis, cum non dum se suis uiribus et armis confirmasset. At postquàm Mecca expugnata, uidit se hostibus suis superiore, et sectam suam posse per uim inter Arabes introduci, palinodiam cantauit suræ illæ, quæ in Alcorano est nona (sed iuxta Albocharium, et alios, fuit ultima loco tradita, nempe anno nono Hegiræ, denicta iam Mecca, et Arabibus subactis, cum Mahumetus iam esset potentior.) Vocatur autè sura illa سورة البرائة Immunitas, uel التوبة Pœnitentia; qua, non iam prædicatione, aut uerbis; sed bello, et armis se cum Infidelibus iusurum esse denunciat; ut in illius refutatione uidebimus. Interim uide Prodr. p. 4. c. 23. pag 347. §. 1.

3. Cum omnis lex debeat esse conformis rationi, uidetur esse prorsus contra rationem, ut tempore peregrinationis

prohibebatur uenatio animaliũ terrestriũ, et concedebatur aquatilium piscatio: utraq enim poterat peregrinos à religionis operibus diuertere. Siue accedit (mercaturã multò magis quam uenationẽ animum à pietate distrahère;) et nihilominus hanc Mahumetus in Meccana peregrinatione concedit. Patet ig. prohibitionẽ uenationis terrestris, mera esse superstitionem ab Arabibus idololatris obseruatam.

+ Cipra hunc et alios peregrinationis Meccanæ ritus scripsi, uide Ord. p. 4. c. 8 pag. 13. et pag. 35.

4. Nullibi in sacris Libris legimus, Deum aliquid constituisse de Caaba, seu delubro Meccano, uel de mensibus sacris, & aliquid quibusdã aliis ab Alcorano propositis. Mirũ uero Mahumeti apparet ceumen, dum ex eo quòd hęc Deum constituisse affirmat, uult suos Moslemos intelligere, Deum cognoscere eclestia omnia & terrestria, omniumq; uerum habere scientiam. Ineptissimè huiusmodi consequentiæ perpetuæ fere sunt in Alcorano.

5. Constat Mahumetũ fuisse in eo errore, quo quidam putauerunt, homines post mortem amittere memoriam eorum, quæ uiuentes fecerunt, uel cognouerunt; dum introducit Legatos interrogatos in die Judicij à Deo, quid ipsis respondérint populi, quibus prædicauerunt; affirmare se hoc nescire; sed huius rei scientiam pene ipsum esse. Neque excusat Mahumeti errore, Zelalis explicatio, nimirum, ذهب عنهم علمه لشدة هول القيمة: amittent scientiam illius quod sibi responsũ fuerat, ob uehementiam terroris diei Judicij. Nullus erit ibi terror Legatis, utpote iustis ac sanctis: et ne impijs quidem terror illius diei aufe-

ret

ret Sorum, que in vita perpetrauerit, memoria?

6. Quamdem recognit, introducens Deum in die Judicij quasi exprobrantem Christo, beneficia a se ipsi collata, et præsertim potestatem ea miracula patrandi, que iam superius in alio sura commemorauit, quorum plerag. tanquam fabulosa ac ficta vdiecimus. Illud uerò ridiculum, quòd faciat Apostolos Moslemos, seu Mahumdanicæ legis professores. Porrò, ut in Notis indicauimus, eum non posset Mahumetus, et Mahumdani negare sanctitatem, et miracula Apostolorū, ac primorum Christianorum, ac propterea illos in nova religione fuisse; per summam impudentiam finxerunt, omnes illos Moslemos fuisse, et a modernæ Christianorū religione penitus alienos. In hoc autem Impostor sibi manifestè contradicit: nam sura 6. quæ inscribitur الانعام Lecu-des §. 13 ipse de se testatur. انى امرت ان اكون اوّل من اسلم. Certè ego iussus sum, esse primus Moslemorū. et §. 160. وانا اوّل المسلمين: et certè ego sum primus Moslemorum. Idem repetit sura 39. الزمر Caterua. §. 14. امرت لان اكون اوّل المسلمين: Præceptum mihi fuit, ut sim primus Moslemorum. Quod si ipse fuit primus Moslemorū, quomodo ante eū Apostoli, et Christiani sancti fuerunt Moslemi? Respondet Celaleddinus: Mahumetum fuisse primum Moslemum non absolutè, sed من هذه الامّة ex hac gente: scilicet Arabum. Sed contra, quia plures fuerunt sancti Christiani in Arabia ante Mahumetū, et inter alios illi, qui sub Dunaan Tyranno Judæo pro Christo in foueis com-

Cuiusti sunt, quos Alcoranus ipse commendat, ut suo loco uidebimus. Si ig[itu]r Mahumetus fuit primus Moslemus uel in Arabia, qua facto hi Moslemi etc[a] potuerũt?

7. Quid porrò dicemus de portentosa illa Mensa, quæ huic Surę nomen dedit? Si ad sola Alcorani uerba respiciamus, tot Expositorum nugis detractis, putabit chus Mahumetũ ad Eucharisticam Christi Mensam alludere, quamuis ipse nesciret quid diceret, et ex confuso tantùm notitia, quam a Christiani de tanto mysterio hauserat, loqueretur. Cętèrùm quę hic dicuntur de hac Mensa, nonnisi magnę alicui rei, ac prorsus diuinę conueniunt, nec materiali illi, quantumuis lautissimę Mensę possunt adaptari: Sacramentalis uerò ita propria esse uidentur, ut illius ueritas ex ipsis Alcorani uerbis facilè possit Mahumetanis non solùm insinuari, sed etiam persuaderi. Expositores autem Alcorani, ne cogerentur altissimũ hoc Christianę fidei mysterium ex Alcorano ipso fateri, ex plurimis Euangelijs (superadditis cerebri sui deliriis) chimęram confinxere, simul permiscentes et confundentes ultimam Christi cęnam, quam eum Apostolis celebrauit, miraculum quo eidem Christus quinque panibus et duobus piscibus turbis in deserto saturauit; quadraginta ęgrę ab eodem proposita ad quã primò diuites ac nobiles, deinde pauperes, claudi, ęgri, et alij mirabiles uocati sunt: miraculum patratu ad mare Tyberiadis, in quo discipuli uidere pruna posita, ac piscem superpositum: et piscem illum ex cuius ore

S. Petrus extraxit statherem ad soluendu didrachma, ut habetur Matthæi cap. 17. Hoc modo ab Horatio, atq; illius expositoribus, obtruditur nobis historia cuius, uelut ægri somnia, uanæ finguntur species, ut nec pes, nec caput uni reddatur formæ.

Horat. in Arte Poët.

8. Satis importunè, atq; omnino gratis inducit Mahumetus Deum in die Judicij, interrogantem Jesum, utrum ipse, matrem suam tanquam duos deos præceperit adorari. Etsi enim Jesus se se Deū uerum uerbis factisq; probauerit, ac propterea ut talem se agnosci, et adorari uoluerit: nunquam tamen matrem suam ut deam, uel deam coli iussit; semperq; à tanta impietate Christiani abhorruere. Prima igitur res, non rapinam arbitratus est Jesus esse se æqualem Deo, et Deum †; ut supra latissimè probauimus. In secunda, rapinam ueram commisisset, si (quod absit) diuinitatem puræ creaturæ, quale mater eius erat, tribuisset. Quòd si in Arabia aliqui, et præsertim mulieres Beatam Mariam ut deam coluerunt, eiq; sacrificia obtulerunt; id non Christi doctrinæ, sed Agarenorum fraudi, hominumq; perfidiæ tribuendum est.

† cum uere talis esset

Imprimatur coram Vrbe
Fr. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. S. P. A.

Ego Giacobus Zanardi
Vic. et approbator pro ad Catholicæ Religionis
Fr. Thomæ Ferrari Ord. Præd.

1